



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



restauré le 8.7.1989.

Fl. van der

h. V. 3829

High. Gyome

. 316993

Dom. Vincentius Bartolotta. [†]
[Vincent [†] Bartolotti]
et Bartolotto [†]

HORÆ SVBCEIVÆ DE

NOBILITATE GENTILITIA
IN TRES LIBROS DIVISÆ.

AVCTORE

DOM VINCENTIO TVRTVRETO
SICVLO, PHILIPPI IV. REGIS
Hispani Cappellano.


NVNC PRIMVM PRODEVNT
cum duplici Indice.

27219

in - 10



IN VIRTUTE



ET FORTVNA




LVGDVNI,
Sumptibus Ludouici Proft, Hæredis Rouille.

M. DC. XXII.
CVM LICENTIA SUPERIORVM.



ILLVSTRISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO
PRINCIPI DON EMANVELI
FONSECÆ, STVNICÆ AZEVEDO, COMITI
de Monterey, & Fuentes, Domino Domus de Viedma,
Vlloa , Ribera,&c. Supremi Italici Consilij Præsidi in-
tegerrimo.



ORÆ Subcesiuæ, quas de Nobilitate
Gentilitia concinnaui, sub tuis auspi-
ciis volui lumen aspicerent, PRIN-
CEPS EXCELLENTISSIME; vt ni-
mirum quidquid splendoris illis dees-
set, tua claritas suffunderet: neve aliud Tutelare no-
men præfigerem iisdem, nisi Principis de re litteraria
hæreditario bono optimè meriti. Addo vt indicium
facere certissimum cultus, & obseruantia in te
nostræ, qua necesse est excolamus viros dignitate
antecedentes; (habet iustam venerationem quicquid
excellit) qualem te in primis nostro rei Italicæ bono
Præsidem optimum gratulamur. Porro siue pro-
prias, siue auitas velimus laudes intueri, is es, qui vel



exigua tuæ lucis portione possis illarum tenēbras discutere. Cuius Gentilitio splendori (vera de tuo genere aliqua dicam; sed sobriè, & cum aliquo metu: ne si ieiunè eloquar, gloriam, & præstantiam videar dissimulare, si autem minimè parcè commemorem, blandiri) tot illustria Hispanæ Nobilitatis stemmata conspirant. Familia Stunicarum sit argumento, quæ illustrium virorum ferax Comites Ledesmæ dedit, Placentiæ, Monterey, Mirandæ, Nieuæ, Duces de Vejar, Pignarandæ, Marchiones de Baides. E quibus ut multos prætereo, ita reticere non possum auctores illos primarios utrumque Didacum Lopez Stunicam, seniore, inquam, & iuniore. quorum iste vel asperrimis Reipublicæ temporibus partium studiis adeo fuit gratus, ut illi fuerit Ioannis Secundi Castellæ Regis tutela data, & corporis custodia, concredita, Henrico Aragonio Infante cæteris proceribus infenso maximè annuente. Quorum decora, & ornamenta dynastiis adaucta domus de Viedma, & Vlloa excepit alter Didacus ex Azeuedorum familia, quam ab Arnaldo Equite Vascone regnante Alfonso Quinto Legionis Rege per sexcentos, & amplius annos ad hæc usque tempora deducunt; qui Didacus è tuis maioribus is est, cuius illud militare facinus commendatur, quo nescio an illustrius videbit antiquitas. etenim in oppugnatione Arcis (ad Salfas vocant) à Gallo duce obsessæ cum esset Didaco alius dissecta, adeo ut diffunderent intestina, à
confl

conflictu parumper se subduxit, & animi plenus, vt
 fors & tempus dedit, aluum assuit, promptiorque
 praelium repetit frustra renitentibus amicis, glorio-
 sum sepulchrum manere dictitans fortiter pugnan-
 ti. Ita ergo pugnat, donec fortiter dimicanti *Virtus*
sepulchrum condidit. Mortis genus fortissimum dixe-
 rim, an pulcherrimum nescio, an vtrumque. Sed Di-
 daco patrimonij, ac virtutis hæres Alphonsus suc-
 cedit Carolo V. Augusto Bononiæ assiduus victu,
 cultuque splendido: quique sub eodem Imperatore
 Viennæ interfuit Soleymani minis atque fugæ.
 Alphonso patri Hieronymus est superstes non mi-
 nus litterarum quàm rei bellicæ peritus, Concilij
 Tridentini, in quo de Summa nostræ fidei agi oport-
 uit, Legatus designatus. Verùm claudant agmē Hie-
 ronymi eiusdem soboles (par nobile fratrum) Ga-
 spar Pater tuus, PRINCEPS EXCELLENTISSI-
 ME, & Dom Balthassar Stunica Patruus, tuæ familiæ
 duo lumina. Pater enim tam in litteris, quàm belli,
 pacisque artibus instructus Lusitanæ expeditioni
 egregiam nauauit operam. Mexicanæ, ac Peruanæ
 prouinciæ deinde Prorex adeò feliciter rem Hispa-
 nam gessit, vt noui, & longissimi terrarum tractus
 sub eiusdem auspiciis Hispano Imperio accesserint.
 Quem, Deus bone! in tanta auri, argentique copia
 parfamonix, ac paupertati non habuit honorem?
 non illi fulgor auri, quod plerumque fit, oculorum
 aciem perstrinxit, vt ad parum honesta cæcutiret.

*

3

Sed

Sed vitæ cum laude exactæ testes locupletes prouincialium lacrymæ fuere : quem enim tamquam hominem de cœlo in terras delapsum intuebantur, iterum cœlum repetiisse haud siccis oculis aspexerunt. Testis fuit etiam rei domesticæ tenuitas in ingenti rerum affluentia adeò exigua, vt illi acciderit quod in funere exequiarum prædicant de Thebano Epaminōda, ac de Publicola Romano. Quod Historicus de isto, idem ego de tuo Patre dixerim. *Omnium consensu Princeps belli, pacisque artibus moritur, gloria ingenti, copijs familiaribus adeò exiguis, vt funeri sumptus deesset, de publico est elatus.* Sed nō est hic locus heroicè, & Christianè à tanto parente gesta paucis restringere. iusta & separata volumina expectant. Ad germanas germani Dom Balthassar's virtutes transeo: quem Leonis maiorem Commendatarium, & Legatum delectum ad Pontificem suspicit Belgium, Gallia, Germania, Hispania intempestiuè conqueritur ereptum. Etenim cū Philippo Quarto Rege nostro gloriosissimo instituendo fuisset Balthassar actionum, ac dexteritatis moderator à Patre Rege designatus, creuit Regia soboles iis virtutibus instructa, qualem Monarcham verè magnum euasisse nunc lætamur. Proinde quem morum habuerat institutorem, eundem, simul ac defuncto optimo Patre Rege regnare occœpit, curarum Imperij consortem, & secretorum participem accepit. At dum Regiis humeris gubernandi onus, ac negotiorum mole-

lem

tem ex parte alleuaret , Balthassarem mors importuna de vitæ curriculo deiecit. Indoluit tanti viri obitu optimus quisque Reipublicæ amantior, iacturam ægrius passurus, nisi tu succedaneos humeros commodasses. nam ad Italici Consilij, cui ille præerat, gubernacula te admotum Præsidentem prudentissimum intuemur. Hi sunt è multis maiores tui, PRINCEPS EXCELLENTISSIME, qui tibi vitæ, & gloriæ lampada tradidêre. Sed ego qui *speculi vice fungerer, & te tibi ostenderem*; vercor vt in tua familia splendidiores honorum faces tu sustuleris. Quod enim honorificentissimum in Hispania reputatur, in eam honoris signum intulisti. Legationis munus ad Gregorium XV. tibi demandatum eo splendore obiisti, qualem in paucis meminit ipsa Roma. in qua legatione tibi in magnis obtigisse illud duco, quo nihil pro tua pietate antiquius habuisti, nimirum vt mandata de Beatissimæ Virginis conceptu immuni à labe culpæ originariæ asserendo abs Rege nostro Catholico ad Pontificem accepta feliciter conficeres. Qua in re egregiè præstitisti, vt Sacrosancta Romanæ Sedis auctoritas decreto adamantino contrariorum parum fauorabili sententiæ silentium indiceret perpetuum. Italici Consilij summa Præfectura tibi est delata. Serenissimi Caroli V Valliæ Principis, quem venientem exceperas, cùm ex Hispania discederet, deductor extitisti. Haud senilibus annis ad ea peruenisti, ad quæ effoe-

ta

ta ætate viri per summam contentionem ascendis-
 se, tanquam ad honoris culmen, gloriantur. Fami-
 liam tandem tuam, quamvis clarissimam, nuptiis
 Excellētissimæ Domnæ Eleonore Gusmanic (Dom
 Henrici filia Comitis de Oliuares, quem ego de
 mea Sicilia, cui Prorex ille præfuit, multis nomi-
 nibus optimè meritum honoris causa nomino: so-
 roris verò Dom Gasparis nunc Excellentissimi Co-
 mitis de Oliuares Regi nostro ab intimis consiliis
 omni honorum genere vt dignissimi, ita & ornatif-
 simi) quasi adiectitio quodam lumine magis atque
 magis illustrasti. Verùm in te, PRINCEPS EX-
 CELLENTISSIME, maiorum gloria, claritudo
 generis, & huius ordinis externa bona, quæ com-
 munia cum multis sunt, & contingere cuique pos-
 sunt, non tam admirationem facere debent, quàm
 dotes illæ tui animi, & ornamenta, quibus omnium
 in te oculos conuertis. Cùm Italiam percurreres le-
 gatione tua functus, vrbes in cunctis celeberrimæ,
 Princeps, & Dynastæ eius regionis, omnisque ordi-
 nis homines eas honorum significationes tibi exhi-
 buerunt, quæ potuere excogitari, & quantum mul-
 torum iudicio contigit nemini. Sed destituti men-
 te sunt qui aliò hæc referunt, quàm in singularem
 animi tui humanitatem, qua comiter, benignèque
 delata officia excipiebas. Hæc ipsa tui animi comi-
 tas, PRINCEPS EXCELLENTISSIME, mihi
 addidit animos, vt à te voluerim huic tractationi
 splen

splendorem, ac tutelam mutuari. Quod sine clari-
 tatis tuæ dispendio præstaueris, nihil enim cuiquam
 deperit, qui ex sua face alienam accendit, si ex in-
 genti tui splendoris copia vel exigua portio illi tan-
 tummodo illuxerit. Idque mihi perhonorificum, ti-
 bi verò facile serio efficies, cum humana, vt aßoles,
 serenâque fronte eam aspexeris. Interea ih tuam
 se confert clientelam, tuoque se committit patro-
 cinio. Vale, PRINCEPS OPTIME. Matrivi X. Kal.
 Nouembris, 1623.

Excellentia Tua

Addictissimus

DOM VINCENTIVS TYRTVRETVS.

APPRO

APPROBATIO.

ROGANES Claudius De Ville in Sacra Theologia magister, in Sancti Pauli Lugdunensis Canonicus, & à Domino Dionysio Simone de Marquemont Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo in hac Diœcesi in librorum censuram incumbere iussi; fidem facimus, nos hosce *tres libros de Nobilitate Gentilitia, Auctore Dom Vincentio Turtureto Siculo Philippi IV. Regis Hispani Cappellano*, vidisse, nec in illis aliquid fidei Catholicę & Apostolicę Ecclesię, Sanctorumque patrum sanę doctrinę, aut probis moribus contrarium inuenisse. Lugduni apud Sanctum Paulum Idibus Martij. M. DC. XXIV.

DE VILLE.

CONSENSVS.

RECURATOR Regius librum *de Nobilitate Gentilitia, Auctore Vincentio Turtureto*, typis mandari & in lucem emitte consentit. 12. Martij 1624.

P V G E T.

PERMISSIO.

LIBRVM qui inscribitur, *Hora Subcesima de Nobilitate Gentilitia, in tres libros diuisa, &c.* à LVDOVICO PROST Bibliopola Lugdunensi in lucem dari permittimus, ac simul nequis citra factam ei potestatem, denuò excudat interdiciamus. Datum Lugduni die 13. Martij 1624.

DE CHAPONAY.

IDEA



IDEA TRACTATIONIS

Prolusio vniuersæ tractationis.

TRACTATIONIS occasio, commendatio, difficultas. Iudicium de scriptoribus. Ordo, & contextus operis. Topicæ demonstrationis in re morali frequens vsus. Finis operis Morali, Politico, & Iurisconsulto accommodatur.

LIBER PRIMVS.

Nobilitatis Gentilitia forma exprimitur.

HIs ita prolusis, tractationem vniuersam in tres libros tribuere fuit consilium. Primus hic quasi primo aspectu triplicem itidem constituit Nobilitatem: Naturæ scilicet, Morum, ac Familiæ, quam nos Gentilitiam appellamus. Verùm quam dico hanc postremam expressius ob oculos proponet: nimirum illius exprimet imaginem à reliquis distinctam, & obsignatam. Naturæ, Morumque Nobilitas vtraque à nobis vix leuiter adumbrata, aliis posterioris penicilli expressioris formæ demandata cura. In nostra quæ desideres lineamenta sua proportionem, & symmetria intueberis ducta, & descripta. Quæ imago fumosa licet, aliquando, & decursu temporis;

INDEX CAPITVM.

ſu obſita, ipſa tamen vetuſtate magis commendatur. Quibus deinde filiis iure hæreditario obueniat indicabunt ſubſcripti tituli, additique honorum indices. Denum conchyliatis Phrygio opere perſtromaticis operoſior, non æquè maternæ, ac paternæ manus magiſterio: variisq; pro varietate morum, ac regionum notis, ac figuris variata. Sed dena capita, quibus hunc librum diſtinxiſimus, planiſſimè rem oculis ſubiicient.

CAPVT I.

Triplex Nobilitas proponitur. Natura, Morum, & Familia. De prima agitur primum. Quid veniat nomine Natura. Hominis corpus Deus, an Angeli efformarint? Idem homo cur ultimo loco procreatus? Imago Dei in homine unde eluceat? Præſcis Philoſophis non ignota. In opulenta, an in intellectu conſiſtat? Altera pars hominis ex ſuo efficta quaſi per tranſennam explicatur. Idæ Nobilitas omnibus communis. pag. 1

CAPVT II.

Morum Nobilitas ſecunda. Enitet in animi ornamentis. Huic addictus Stoicus. Homo probus eſt difficilis inuenti. Idque ex difficultate mediocritatis in virtute attingenda. Quo pacto illam teneamus obiter oſtenditur. 6

CAPVT III.

Nobilitas Gentilitia ordine tertia. Ejuſdem varia increpenta. An ſit oppugnant, non euerunt. Pendet plurimum

INDEX CAPITVM.

rimum ex hominum instituto. Unde primum prodierit. Quo iure asseratur. Natura nonnihil efficit in Generatione. Nobilis an ex aspectu dignoscatur. Ea à cunctis magnifit. Privilegia irrogata. 9

CAPVT IV.

Nobilitas Gentilitia definitur: maiorum dignitas, &c. Quanta successione oporteat ad posteros derivari: incertum ex Aristotele, & Iurisconsultis. Debere esse triam suadet ratio, & exempla. 14

CAPVT V.

Quam generandi vim requirat Aristoteles in Nobili. Physicamne, an moralem? Ad autam propria debet Nobilitas accedere. Filiorum procreatio iucunda, & honorifica. seminares male audire. ex occasione pauca de re uxoria, & calibatu. 20

CAPVT VI.

Nobilitas Paterna, an Materna splendidior? Pro utraque parte rationes. Perfectam ex utraque, sed preferri primam natura docent & instituta. An filiorum Nobilitate splendet Pater? Frater Fratris? Vxor viri? Nobilitas descendat, an ascendat? 28

CAPVT VII.

Nobilitas an ad omnes filios emanet? Ante partam nobilitatem suscepta, Adoptiuos, Illegitimos? Hi an possint esse familiae proauctores. 37

*** 3

CA

INDEX CAPITVM.

CAPVT VIII.

Auctor Familia Nobilis, an nouus? Duo Axiomata: Propter quod unumquodque, &c. &c., Causſa ſemper nobilior, &c. ex Philoſophicis diluta. Homo nobilis, an nouus, licet indiſtriuius preferendus.

42

CAPVT IX.

Familia cur eò illuſtrior quò antiquior? Nihil officiit quod remotius à ſuo principio diſcedat. Cur Nobilitati ſit debita antiquitas. Obiectio diſſoluitur ex Metaphyſicis petita. Rationes & exempla nobis fauent.

46

CAPVT X.

Quæ, & unde Nobilitas Romanis. De imaginibus pluſcula hiſtoricè. Varia apud varios Nobilitatis inſignia.

50

LIBER SECUNDVS.

Cauſſæ Nobilitatis Gentilitiæ effectrices.

QVadam quaſi ad viuum Nobilitatis Gentilitiæ forma expreſſa, nedum leuiter adumbrata, eiufdem cauſſas effectrices ſecundus hic liber recenſebit. Quæ ſcilicet talem Nobilitatem ſuis viuus coloribus depingant. Sanè cauſſæ Nobilitatis Gentilitiæ pariundæ ſex potiffimè numerantur. vtraque Pru-

ſentia

INDEX CAPITVM.

dencia domi, militiaeque, ciuilis nimirum, ac militaris, morum probitas, scientiæ, diuitiæ, Principum gratia prosperè flante fortuna. Duæ primæ perfectæ sunt, ac principales; reliquæ adiuuantes, & his proximæ. (has proinde inadæquatas diceret Philosophus.) nec aliis ornamentis decoratur qui *ex fumo dedit lucem*, id est, primus Nobilis Familiæ facem sustulit, ipse cæteroqui genere obscurus. De cunctis singulatim sermo habitus, ac pro dignitate, suoque ordine.

53

CAPVT I.

Transitus ad causas effectrices. Prudentia ciuilis prima ac perfecta nobilitatis causa supra ceteras virtutes eminet. Ostensum id à Fine, Actione, Difficultate, Necessitate, Ordine ab bonum commune.

53

CAPVT II.

Prudentia militaris altera, ac perfecta Nobilitatis causa. utrique Prudentia quedam communia. Indicia per quæ differant. Fortitudo, & consilia militaria commendata. Militia clarissima, & quo pacto bona. In quo mortis genere cluceat Fortitudo. Ex occasione quasitum, timor ne an audacia magis à Fortitudine discedat.

59

CAPVT III.

Contentio inter Sagum, & Togam utra splendidior Nobilitatis origo. Status questionis aperitur. Cedit Actio

INDEX CAPITULI

Actio Contemplationi. Armis mera Iuris. & Adiacendi scientia. Arma Toga. Id suadent ordo, quo amplex Toga utilitas, & Actionis difficultas. objectionibus satisfi. 66

CAPUT IV.

Causse Nobilitatis adiuvantes. Virtus prima, & qualis. Ad voluntatem, an ad intellectum attinens? Voluntaria laudari. ex iisdem utra facultas sit. in homine eminentior? sepe virtus delitescit. Ad honores (qua eiusdem premia) evocatur. Potestates coëmit suo merito. Vanales perniciose. Qua via nobilitet. Privato viro an debeat honor? 74

CAPUT V.

Scientias an nobilitas sequatur. Latere acceptum illarum notari. Quinque pariter ex Aristotele intellectus munera. Ab his omnes scientia derivata. Artes ali honore. Quo in pretio Laurea doctoris. Insignia, Liber, Anulus, Birrus, Osculum quid portentant. Iurisconsulti quid de se sentiant. Quid de medicina. 81

CAPUT VI.

Dignitatum var. & essentia. An nobilitent opes pervectus. Dignitas quæ honeste aditus ad Rempublicam. Vanales honores contempti. Dignitas sine virtute sordescunt. Publicanus summus à Republica. 87

CAPUT VII.

Princeps an nobilitet. Quid afferat Philosophus moralis

INDEX CAPITVM.

*ralis. quid Iurisconsultus. Præmia optime meritis distri-
buit. Consiliarios qua luce illustret. De Adoratione Sacra
purpure. De Armis Gentilitijs pauca delibata.* 91

CAPVT VIII.

*An Nobilitas locum habeat in Tyrannide: ab ea
sepe eiecta, sive oppressa. Nobilitas domi illustrior quàm
foris.* 99

CAPVT IX.

*Varij Nobilitatis gradus. A dignitate, sibi de re-
center ad eam eiectis. An nobili priuata familia prefe-
rendi? A patria: de huius claritate pauca. Vrbe Romana
donari quandiu honorificum. De Titulis nonnulla ex-
cerpta. De Sacerdotio.* 102

CAPVT X.

*Legum, & Aduocandi peritia quid conferat ad No-
bilitatem. An patrocinari mercede, & pretio sit sordi-
dum? In Causidicos declamatio. Pro Causidicis de-
fensio.* 109

DECAS TERTIA.

Nobilitatis Gentilitiæ macule, & ornamenta.

EXpressa Nobilitatis Gentilitiæ forma, caussis vt-
cumque delineatis; superest videndum quænam
impura, sordidave labes huiusmodi Nobilitatis ima-
ginem cum dignitate amplissima ante oculos mor-

talium

INDEX CAPITVM.

talium constitutam foederet, & deturperet: adeo vt non raro memoriam, nomenque familiae vel non leuiter obscureret, vel penitus abradat. etenim contingit innumeros *dedisse fumum ex fulgore*. Quoties Nobilitatis faciem, ob indigna ingenio homine scelera, licet cicatricosam intueri? Artes serviles quales in eius ore vibices, & maculae: ad illa sensim impellunt deprauati mores, ad istas dura paupertas saepe disponit. Quare vera nobis erunt ornamenta explicanda, quae deceant, quae dedecant virum nobilem, qui scilicet sit ornatus, atque vt ita dicam, Gentilitiae Nobilitatis muliebris mundus, ac supellex.

CAPVT I.

Humanarum rerum vicissitudo. Genus plerumque obscuratum. Regia Familia collapsa. De priuatis indignatio. Laus Austriaca. Nobilitatis mira volubilitas.

117

CAPVT II.

Boni bonos generant. Cur ab paterno ingenio, ac fortuna plerumque filij degenerent, generatim quaesitum. Huius rei duplex causa. Remota, ac proxima. haec subdivisa in Physicam, & Moralem. Qui filij abeant in stupidos, qui in insanos. Pauca exempla recensentur. 121

CAPVT III.

Nobilitas an deperdatur ob causas oppositas causis quibus

INDEX CAPITVM.

*quibus acquiritur. Ob qua scelera, & vita turpitudines
obscuratur.*

131

CAPVT IV.

*Conditio seruilis nobilitatis Syrtis. Degenerat à li-
bertate humana. Diuisa seruitus, naturalis, ciuilis, ope-
raria, opificina. Artes inopum viatica. Artium diuisio.
Aulicorum obsequium non seruitus, nec turpe.*

135

CAPVT V.

*Mercatura deceat, an dedeceat virum nobilem. Ad
seruilem statum vergit. Honoribus prohibita. Alicubi
gentium honesta. Necessaria, sed parum ingenua. De di-
ligentia mulierum.*

141

CAPVT VI.

*Qua retineant Nobilitatem. Diuitia, liberalis edu-
catio. Ea cultura cur Nobili impensior? In Adolescensia
aptior? Virtus Heroica ex gentrositate, & doctrina.
Pauca de Priscorum educatione. Patrum lenitas vitu-
perata. Scenica, & Amatoria Adolescentiam ener-
uant.*

148

CAPVT VII.

*Paupertas nobilitatem agit precipitem. Servire adigit.
Publica non tractat. Noxia bona indoli. sed non semper
sordet: imò saepe calcar ad scientias. Nobili pauperi si me-
diocris res, scientia sua se: si tenuior, à Piccolomineo propo-
sita Religio, Militia, Principum obsequium. Aulicis*

2

cautio

INDEX A O A R I T V M.

cautiones tres datae. Cautela, patientia, & modus. 159

CAPVT VIII

Moiores nobilium. communes cum Diuitiis. Proprij, boni, ac prauis. In quo hominum corda a matremores sine deprauatores. V. regem in plebeio, apparen in nobili 165

CAPVT IX.

Nobili viro virtutes datae. Fides precipua, ad hanc constantia. Liberalitas fecunda, ad hanc beneficentia. Viraque in quo differant. Quamque an Prodigia a liberalitate magis differant ex occasione quafidam. Præterea de modestia, & comitate. 170

CAPVT X.

Minores alia virtutes otij, & negotij. Decent otium littera, musica, honesti ludj. Negotium ars equestris, & gymnastica. Splendor vite nobilis in domesticis ornamentis cultu corporis, & horis. mediocritas commendata. Alia elegantia urbana obiter exposita. 177



PROLVSION VNIVERSÆ TRACTATIONIS.

Tractationis occasio, commendatio, difficultas. Iudicium de scriptoribus. Topica demonstrationis in remorati frequens usus. Finis operis Morali, Politico & Iurisconsulto accommodatur. Ordo, & contextus.

DE Nobilitate generis erit nostra hæc brevis, & compendiaria tractatio, optimo quoque, ut reor, dignissima. Subcesiuo, & tumultuario studio perducta est ad umbilicum; nam scientiæ seueriores haud diutiùs nos sinunt in hoc amœniori studio diuersari. Totum hominem illæ requirunt, distractum, & addictum pluribus partibus animum ægrè passæ. quicquid cultiori philosophiæ est datum, & politiori litteraturæ tributum, sibi ereptum conqueruntur. At tamen seueriores facultates suis horis non defraudau

*** 3 dau

Prolusio Tractationis.

dauimus; sed Diogenis non illepidum exemplum nobis ob oculos proposuimus. Vacuus enim à negotiis domum suam trusatilem, & versatilem; Dolium, inquam, illud Cynicæ sapientiæ Theatrum identidem versabat, & voluebat: satius ducens in re parum seria occupari, quàm omnino desidere. Ita ego peruelim, si quid fortasse in hac tractatione erit quod animos hæc legentium offendet, illud otij excusatione humaniter defendi. Neque scio an quis mihi iure succësuerit, *si quantum ceteris*, ait Cicero, *ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi, & corporis conceditur temporis, quantum alij tribuunt tempestiuis conuiujs, quantum denique aleæ, quantum pile, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero.* Præterea huic opellæ de Nobilitate ansam præbuit ipsamet Nobilitatis celsitudo, quæ supra cetera externa hominis bona, ex internis ortum ducens, quasi lumen aliquod enitet, & elucet. Nam quicquid nonnulli barbâ tenus Philosophi garriant, & obganniant, frustra Stoica imbuti disciplina lapidem omnem mouent, vt generis Nobilitatem futili, leuique argumentatione obruant, & obterant. Platonica, & Peripatetica schola istis aduersatur. sed de hoc aliàs. Qua de re operam lusisse non censemus, si ad ipsam requiem animi, & corporis concessum tempus in hac scriptio

*Cicer. orat.
pro Archia.*

Prolusio Tractationis.

ptione consumpsimus. his enim utimur relaxationibus: hæ sunt nostri otij remissiones. Addo quod ipsum operis argumentum nobile imprimis, atque splendidum operam loquitur optimè locatā. Non quod voluerimus propriæ famæ velificari, sed potius Dei gloriæ inferuire, bono publico desudare (vtraque hæc duo coniuncta sunt in Repub. bene, sanctæque constituta, vnum sine altero non potest constare.) scopus noster est ostendere qua virtutum via ad Nobilitatem rectà contendatur. Itidem quæ ipsa Nobilitas ab omni labe facta tecta habeatur. Præclare cum Respublicis ageretur, si homines bonis artibus ad imperia niterentur: si Nobilitatis equestris ordo (Senatorū seminarium olim nuncupatus) rectè institueretur, ne malis artibus impingeret dum ad Reipub. gubernacula admouetur. Difficile illud nobis exhibuit negotium, quod nemine præeunte, absit verbo iactantia, opus hoc sumus aggressi. Non defuit illud quidem multis ad scribendum, imò præclara exercuit ingenia. non vereor tamen ne hoc de Nobilitate argumentum parum aptè, & congruenter tractatum esse, nefas sit dicere. etenim qui distinctè & ordinatè more Philosophico hoc præstiterint, quantum videre potui, inuenies neminem. Comperies quædam de Nobilitate esse scripta, sed partim obiter dicta, & à Poëtis excerpta, partim in rem. nostram nihil facientia. siquidem ex-

tant

Prolusio Tractationis.

tant multorum volumina de vera, vt loquuntur; Nobilitate; quam non in familiæ claritudine, sed in virtutis collocant pulchritudine. præ ista aiunt illam sordescere, huius splendore cunctos allici; præterea in hac ciuili societate nihil esse illustre. Hic scopus iis scriptoribus: quales fuere Philo, Platina, Clitoueus, Ioannes Gerson, Felix Palcolus, Dantes, & Poggius Florentini, Bonagardus Pistoriensis, Zamorensis, Betuleius: ex antiquioribus Diogenes Babylonius, Metrodorus Epicuri discipulus. Plutarchum Nobilitas familiæ patrum habuit aliquando, eam ab Aristodemi Sophistæ calumniis liberantem; sed aliquando sensit aduersarium conscripto in eius vituperium libello. Aristotelis libellus de vera Nobilitate temporum incuria perit; à quo fortasse tenebræ discussæ. Hieronymus Osorius vir eloquentissimus non tam philosophicè, quàm oratoricè de ciuili Nobilitate est elocutus. ex eius libris expressit quicquid succi inerat Ioannes de Hollander in sua dissertatione de Nobilitate, qui liber est prodromus ad Flandricas familias. Patricius, & Castaneus de causis minutiora, & leuiora libarunt, nihil acutius afferentes. Neque Iurisconsulti intactam hanc partem reliquerunt. in his fuere Bartolus, Ioannes Raymundus, Cepola, Barbatias, Antonius Corsetus, Petrus Artibolus, Bonus Curtilius; alij ex occasione, alij ex instituto: sed omnes talium

Prolusio Tractationis.

talium hi rerū scriptores nimis aridè, & ieiunè elo-
quuntur. Vnū vidi Tiraquellū plura coaceruantē. is
etiā potius ad Iuriscōsultorū placita, & mentē (nō
propterea culpādus, imò laudādus in sua arte) quā
ad festiuius ingenium se conformat. Cū ergo
auctor cuius vestigiis insisteremus, esset ferè nemo,
potissimū Aristotelis gressus insequi fuit consi-
lium. qui tamen si omnia, quæ ad Nobilitatem de-
sideramus restrictè non definit, multa tamen ex
eius libris tum Ethicorum, cū Politicorum col-
ligi possunt: nec pauca attigit in Rhetoricis. ex
aliis auctoribus multa alia deprompsimus, excerp-
psimus, mutauimus, perpoliuimus, breuiariū de-
nique confecimus. Quod spectat ad ipsum dis-
serendi modum; cū huius rei tractatio sit merè
moralis, non exigit perfectas demonstrationes.
Vnde Topicas, & probabiles rationes, non exacta
argumenta adhibebimus. in similibus idem fieri
solet, faciuntque ij, qui de moribus commentaria
conscribunt. Stylum non Gymnicum, & conci-
sum sumus consecrati, sedatum potius adhibui-
mus, & qui propius accedat ad genus Oratorium.
Verū vniuersam tractationem in tres libros di-
stinctam, Morali, Politico, & Iuriscōsulto ac-
commodauimus. Anceps tamen est animus an
nemini fiat satis, dum placere omnibus studemus.
sed certè ista tria, quæ nos connecti velimus, aliud
quoddam separatum volumen non expectant.

* * * *

planum

Prolusio Tractationis.

planum est quantum inter se hæ tres scientiæ consentiant. Operis ipsum argumentum quis negoti ad harum disciplinarum amatores attinere? Scientia de moribus hic habet locum: nam virtutes, quæ mores perficiunt, Nobilitatem vel pariunt, vel illustant. Politicus ex huius tractationis penu plurima depromet. plura hic leguntur de ministris Reipublicæ præficiendis. Nobilis an Ignobilis, Pauper, an Diues, & alia ad eundem ordinem facientia. Pauca, quæ Aristotelis de Nobilitate supersunt, ex eius de moribus, & Republica libris elicimus. ex quo patet ad has Philosophiæ partes Nobilitatem attinere. Iurisprudentia extra hunc chorum non saltat (*verum, nisi fallor, Philosophiam appellat lex.*) ipsa maximè in controuersis dirimendis Nobilitatis habet rationem. Vnde multo plures Iurisconsultos, quàm aliam scientiam professos de Nobilitate scripsisse comperimus. ingenuè tamen est fatendum Iurisperitos hoc argumentum more suo agitalle, id est, rudi, & impolito ex legum tantùm placitis, multa non curantes, quæ moralis Philosophus magnificat. præterea minutiora quædam foro digna euentilant, quæ quia obuia apud ipsos, nos præteriuimus. multa tamen, quæ ipsi præfiniunt huic tractationi inserta legeris. Porro opus ipsum in tres distinctum est libros, & distributum. continet primus varias Nobilitatis differentias. nos addiximus

ani

*L. 1. ff. de iust.
& in. Bald.
in 2. lec. vers.
subiectū est
homo.*

Prolusio Tractationis.

animum ad scribendum de Nobilitate generis, quam Gentilitiam appellamus, vt rectè inferius edocemus. hic Nobilitatis formam intueberis expressam, & multa quæ illi sint decori, & ornamento. quibus ea deinde imago iure suo perueniat, & huic rei alia affinia pertractantur. Secundus liber loquitur de artifice huiusce imaginis, ac formæ, quibus nimirum coloribus delineetur, exprimitur. Varia hic habes de causâ effectrice Nobilitatis. Tertius demum explicabit quænam impura labes hanc Nobilitatis imaginem miro artis magisterio expressam foedet, & deturpet. Vera namque sunt illa Senecæ. *Quidam auitas, paternasque* *M. Sen. l. 2. contr. 6.* *flagitijs obruerunt imagines. Quidam ignobiles nati fecere posteris genus : in illis non seruare quod acceperunt maximum dedecus, in his quod nemo dederat fecisse laudabile.* Quò spectat etiam illud Aristotelis; *Arist. lib. 2. Rhet.* Nobilitatem fertilitati agrorum esse per similem, in quibus vberior aliquando foetus existit, aliquando sterilescunt. Qui verò defectus vberioris proventus spem eludat suo loco ostendemus. Hinc duximus consentaneum quædam præscribere, vt Nobiles viros nulla turpitudine inquinatos ob hominum oculos poneremus. Alij fusè hæc præcepta tradiderint. nos hæc leuiter attigimus; itaq; nostro instituto fecimus satis. Qui hæc legerit æqui, bonique consulat : sunt otij laxamenta, vix in nouem menses, nedum annos ex monito Ho-

Prolusio Tractationis.

*Hora. in art.
Poët.
D. Hiero. lib.
2. epist. 9.*

ratij suppressa. *Quod idcirco dixi, ait Hieronymus, ut qui non ignoscit ingenio, ignoscat vel temporis.* Quæ propterea, maximè ut præpropera, suis contenta tenebris fuissent (non mihi adeò Suffenus sum, cui plus vero sui amor blandiatur) nisi viri doctissimi, & humanissimi mihi editionis auctores & suafores extitissent. Quorum ego ut iudicium magnifeci, ita consiliis acquieui. Hisce nominibus, erudite lector, sentias me vacuum à culpa, qui sum à cupiditate gloriæ.

DE



DE NOBILITATE GENTILITIA.



LIBER PRIMVS.

Triplex Nobilitas proponitur. Natura, Morum, & Familia. De prima agitur primum. Quid veniat nomine Natura? Hominis corpus Deus, an Angeli efformarint? Idem homo cur ultimo loco procreatus? Imago Dei in homine unde eluceat? Priscis Philosophis non ignota. In voluntate, an in intellectu consistat? Altera pars hominis ex luto efficta quasi per transfennam explicatur. Hac Nobilitas omnibus communis.

CAPVT PRIMVM.



Os & consuetudo est Philosophis, ferè ante cœpta alicuius operis primordia rem aliquam, de qua agunt, vniuersam in partes aliquot tribuere; vt distinctius nimirum, & ordinatius oratio procedat: si præsertim res subiecta generatim sub se plura, eaque ambigua contineat. Vnde in primo aditu, vestibuloque huius compendiarie tractationis de Nobilitate Gentilitia, non abs re facturum puto, si Nobilitatem ipsam vniuersam diuiserim tripartitò. Ita enim ex rei ambiguae distinctione statuatur vera altercatio, & quid in disceptationem adducatur faciliè apparuerit.

A Ergo

Greg. Na-
zian. orat.
13. de No-
bilit.

Ergo triplicem constituimus Nobilitatem ; Naturæ , Morum , & Familiæ , quam Gentilitiam appellamus. Vtimur verò hac partitione , quam ante nos à Gregorio Nazianzeno comperimus excogitatam. ceterum haud ignari, Nobilitatem ab aliis in alia, atque alia diuidi genera, & subdiuidi. Quæ tripartita humanæ Nobilitatis varietas, & distinctio vt clariùs longiusculo, & huic rei non inepto sermone innotescat, pauca quidem de prima & altera subnectemus, fusiores in tertia futuri.

L. Sen. lib. 4.
de benef.
cap. 7.

Nobile in primis in ipso Mundi nascentis primordio Naturæ germen extitit homo, à Deo, Naturæ eiusdem perito opifice, effictus. Neque enim aliud hoc loco (vt varias, & ambiguas Naturæ fileam notiones) Naturæ vocabulo subintelligas , quàm diuinam rationem , mentemque toti Mundo, eiusque partibus insertam; Dei inquam prouidam omnipotentiam, perfectam vnde quaque, & absolutam, rerum nexus, causasque omnes ordinantem : quæ officioso (ita dixerim) satellitio ad omne ipsius Dei ministerium astant intentæ. neque enim verendum, quin nihil potentes sint. efficere, si eius vniuersali influente concursu semel destituantur. Hanc agendi, & procreandi facultatem, curam mirabilem, solertiamque vsitatiore loquendi modo solemus Naturæ nomini attribuere.

Iren. l. 1. c.
22. aduer.
hæres.
Tertul. l. 6.
de præscrip.
Philo l. de
opere sex
dierum.
August. l. 9.
sup. Genes. c.
15.
D. Tho. 1. p.
q. 91. art. 2.

Homo igitur in primo sui exortu, siue quâ animo, siue quâ corpore constat, Deum agnouit parentem, & auctorem primigenium : non Angelos, vt quosdam absurdi arguam Philosophos, & Hæreticos, Platonem in primis, ac Saturninum; vt cum Irenæo testis est Tertullianus. Quasi verò (in quo etiam errat Philo Hebræus) ad Angelos conuersus Deus dixerit, **FACIAMVS HOMINEM**, eisdemque operis administros adhibuerit licet deus istis cum Augustino aliquod ab Angelis fuisse exhibitum ministerium: in colligendis (vt placet magno Thomæ Aquinati) pulueribus, atque in limum, quo est compactum humanum corpus, compingendis. Qui & idem fortasse officium exhibebunt in sparso cinere colligendo cum reuiuifcent homines, iterumque ad sua corpora redibunt. Itaque hominem non alius quàm Deus finxit, & formauit. Neque, vt cætera omnia, iussus fuit existere, sed occultiori mysterio postremo loco procreatus. Siue quia decuit (taceo quæ multa multi dicunt) homini rerum Principi, toti mundo, & eius partibus imperaturo regnum & dominatum antea parari: siue quia Natura, vt ars eiusdem imitatrix, ab imperfectis ordi-

Philol. de
opificio.
Chrysost. ho.
8. in Gen.
Ambrosius
epist. 38. ad
Cronium.

ditur,

ditur, ad perfectiora progreditur, ac demum in perfectissimis consistit. Non etiam indocte potest asseri, principium & finem omni in re esse præstantissima. Nobilitate primum inter corpora cœlum, postremus homo inter animantes nobilissimus procreatur: vel quia homini tamquam Athletæ fuit propositum prius præmium, cœlum scilicet pro corona, orbis verò pro stadio in quo pugnandum.

Hinc, si vera docet Philosophus, simile semper à simili generari; & Theologus, filium ad imaginem & similitudinem patris procreari, omni procul dubio referet homo imaginem paternam, id est, diuinam Patris diuini. Sileo mysterium TRIADOS IN MONADE, ET MONADOS IN TRIADE, dum anima vna vni addicta corpori, trina vi, ac dignitate insignitur, mente scilicet, memoria, ac voluntate; quarum quælibet est anima, nec ideo tres animæ, verum vna tantum, cuius solum trina vis, & dignitas dignoscitur. Quæ facultates ex Augustino sibi inuicem sunt æquales, ea licet perfectione non quam in sese continet quælibet, sed quam ex communi, vnde prodiit, fonte traxit. Sexcentæ sunt ex diuinis oraculis, & penitissimis Theologiæ locis rationes id astruentes: instar omnium sit sola Pauli auctoritas, cum ex Arato vetere, & Gentili Poëta id in confertissima Areopagitarum turba acerrimè comprobauit. *Ut denotaret, scribit Gregorius, cognationem, acceptam per imaginem generositatis.*

Hanc etiam imaginem in homine diuinitus ingenitam visum sunt sagacissimè vestigasse, & odorasse prisca illi philosophiæ cultores, nec subdubij, hærentesque. Hominem dixit Trismegistus *Στοιχειώματα*: id est, diuinam imaginem. Vnde mens hominis Phocylidi dicta est vsura Dei, atque imago. Aristoreli Diis maximè cognata, modò naturæ diuinæ, modò sola diuina. Trismegisto iterum non à diuinitate abscissa, sed quasi explicata veluti Solis lux. Pythagoræ diuina origo. Senecæ demum diuini spiritus particula, ac diuinitatis radius. Ex qua in nobis inusta ingenitaque Dei imagine, & ex contemplatione hominis operis pulcherrimi posse Deum auctorem deprehendi, cæteroqui sub nostrum sensum non cadentem, Trismegisti, & Empyrici aduersus quosdam Atheos fuit subtilis dissertatio.

Exemplumque Dei quisque est in imagine parua. Ex Manilio.

Nec animum inducas relucere hanc imaginem in delineata affabrè, peritèque humani corporis structura. Vmbra enim, eaque

A 2 tenuiss

Procop. in 1. Gen.

Aristot. l. 1. Metaph. r. 28. Augustin. l. 10. de Trinitate. c. 11.

Colleg. Conimb. l. 3. de ani. q. 2. art. 1.

Al. 19.

D. Greg.

Trismeg. l. quod Deum inuisti. Phocyl. in paran. Arist. l. 10. Eth. c. 8. l. 4. de par. ani. c. 10. l. 2. de generatione. ani. c. 7. Trismeg. l. ad Asclep. Eugub. l. 9. de peren. philo. c. 21. L. Senec. epist. 41.

Trismeg. l. quod Deum inuisti. Sex. Empy. l. 8. s. an. Dy. Manil. l. 4. Astron.

D. Thom. 1.
p. 92.

tenuissima, huius imaginis visa est in corpore eruditissimis Theologis; & quidem, ut loquuntur, arguitivè & significativè: id est, tamquam in signo, & argumento. Quam proinde collocant cum Augustino Iunilius, & Bernardus in erecta corporis statura: nimirum ut intelligat homo non ad humilia & peritura, sed ad cælestia & æterna se esse procreatum. Vnde Basiliius. *Tui corporis effigies rudimentum quoddam est, quo docearis ad quem sis finem conditus. Ut Deum contemplare factus es, non ut humi repat visa tua, non ut nefando ritu voluptate perfruaris: sed ut ad normam, & institutum celestis vite tuam ipsius componas.* His affinia habet Augustinus, eoque pertinent illa Boëtij;

Basil. homil.
11. Hexameron.

Aug. lib. 22.
de Civi. Dei
cap. 24.
Boët. lib. 5. de
consol. phil.

*Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen,
Atque levis recto stat corpore, despicitque terras.
Heu nisi terrenus malè desipis, admonet figura,
Qui recto cælum vultu petis, exerisque frontem,
In sublime feras animam quoque, ne grauata pectus
Inferior fidat meus corpore; celsius leuato.*

Eugub. in
Cosmop.
Olea. in c. 1.
Gen.

Hinc etiam ex occasione animaduertas velim hallucinatos fuisse Augustinum Eugubinum in sua Cosmopeia, & Hieronymum Oleastrum in caput primum Geneseos, dum sibi persuaderent, Deum, cum Adamum condere vellet, quamdam humani corporis figuram induisse, ut cum homine instar hominis deinde fermocinaretur: ideoque dixisse; *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, eam scilicet corpoream, & humanam, quam erat mutuatus, non diuinam quam nos astruimus. Sed illorum commentitiæ opinioni nullum Scripturæ testimonium, nulla Sanctorum Patrum auctoritas, vel ratio suffragatur.

Lactan. l. de
epif. ho. c. 16.
Arist. l. 4. de
part. ani. c.
10. l. 3. de a-
ni. t. 14.
D. Basil. hom.
42.

Cæterum communis Theologorum, ac veterum Doctorum consensus obtinuit, talem imaginem inustam esse, ingenitamque in animi essentia: eamque in sola agendi libertate, id est, libero arbitrio collocarunt Tertullianus, Faustus, Macarius, Bernardus; licet Gregorius, Ambrosius, Nyssen, Procopius, & cum Damasceno Thologorum coryphæus Diuus Thomas tum in agendi libertate, cum etiam in intelligendi facultate eam ipsam constituerint. Nam quemadmodum quicquid vult Deus liberè molitur, procreatque, ita & homo ob eam, qua pollet, agendi libertatem liberè agit quicquid agit. Facultas verò eiusdem hominis intellectrix diuinæ perfectionis gazas, & thesauros imitatur, cum intelligendo dicatur fieri omnia; diuinæque mentis procul dubio est

est æmulatrix, quando in sese suæ cognitionis aciem reflectit: unde verbum mentis, & dictio illa interna prodit, atque ex his spiritus, seu sermo. Quin ut Deus nullo loco circumscribitur, ita & mens humana, si non præsentia, saltem cogitatione quicquid est immensum ipsa perlustrat: quæ etiam procul dubio definitur immortalis. At his duobus potissimum signis diuinam in homine imaginem consignari voluere Nyssen & Augustinus.

Quamobrem si nobilis est Deus, nobilem licet dixisse hominem auctore nobili progenitum. quo nobilitatis aditu nemo mortalium prohibetur. *Cælesti omnes nobilitate coniungimur.* Chrysostomus. Addit: *Vnam & eandem nobilitatem donauit Deus, cum dignatus est omnium pater vocari. Omnes si ad originem primam reuocantur à Diis sunt.* alicubi Seneca. *Vnum hominum genus, & ab una matre cuncti vnum patrem creatorem summum, atque optimum opificem habemus.* Eusebius vir religiosus ait. *Nihil mirum, Alexander etiam dum ab adulante sacerdote filius Iouis salutatur, Iupiter omnium pater est.* Patrem verò antiquitus Iouem appellare solemne fuit priscis Poëtis, Homero, Euripidi, Virgilio. *Quippe sub vno parente natura cognatio est,* ait Quintilianus Oratorum institutor.

Adhæc corpus sensibus obuium (ut alteram hominis partem ex luto, argillaque effictam hætenus complicatam quasi per transfennam explicemus) æquale alterum, nescio an Nobilitatis, principium declarat. qualecunque tamen illud sit commune est. *Lutum omnes,* ait Antonius Monachus in Melissa, *principium habemus, & hominum nobilitati cum figlinis lateribus est cognatio & similitudo; cum homo, sicut & lateres ex luto trahant originem.* Quod ratione philosophica, præter sacræ Historiæ auctoritatem, non est difficile comprobare: ne putes Origenem cum quadam Hæreticorum colluie rectè sensisse; Adamum scilicet ex limo terræ formatum allegoricè dici, nō historicè. Hoc restrictè præfinit Diuus Thomas deprompta ratione ex natura elementorum in homine prædominantium. Idem te edocuerit, cur ex dignitate hominis fuerit ex limo potius compingi, quàm de cælesti, qua cælum est consolidatum, materie formari. ea enim ad animi nostri functiones obeūdas prorsus fuisset inepta. Hoc idem adnotauit Plato in Timæo. *Potuerat, inquit, Deus tam solidum hominis corpus concinnare, ut nocumento forinsecus occurrenti minus foret obnoxium. Sed mollius efficere præoptauit, quò esset contemplationi paratius.* Vnde humano corpore ob natiui temperamēti bonitatem nullum neque aptius,

Theod. in q.
2. in Gen.
D. Ambros.
epist. 18. ad
Oron. & l. 6.
Exam. c. 9.

Nysse. orat.
catech. c. 5.
August. l. de
quan. ani. c.
20.
Chryf. homi.
20. in Gen.

Sen. epi. 44.

Plutar. in
Apotheg.

Quintil. de-
clam. 9.

Anto. Mona.
l. 2. Meliss.
Serm. 71. &
74.

D Tho. 1. p.
q. 91.

Plato in Ti-
mao.
Galen. l. de
temp.
Auicor. 1. p.
doct. 3. c. 1.
Auicor. in l.
fon. vna.

A 3 neque

D. Thom. 1.
p. q. 76. ar. 5.
& q. 91. art.
3.

neque præstantius potuisse nostrum animum sortiri docent optimi Philosophi.

Boët. lib. 3.
metr. 6.

Hinc, ut redeam vnde discessi, ab vna stirpe procreamur, & nemo alteri in hac naturæ nobilitate excellit, siue animum, siue corpus velis intueri. Inde Boëtius suauidicè illa canit.

*Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est,
Vnus qui cuncta ministrat.
Mortales igitur cunctos
Edis nobile germen.*

*Quid genus, & proanos strepitis?
Si primordia vestra,
Auctoremque Deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitij peiora fouens
Proprium deferat ortum.*

Omnes enim diuinam imaginem adumbramus, qua per ea quæ hactenus symbola explicauimus, in nostro animo consignata, Naturæ ingenta nobilitate nobiles efficimur. de qua hæc (licet multa extra chorum) dicta satis.

Morum Nobilitas secunda. Enitet in animi ornamentis. Huic addictus Stoicus. Homo probus est difficilis inuentu. Idque ex difficultate mediocritatis in virtute attingenda. Quo pacto illam teneamus obiter ostenditur.

C A P V T II.

IAM expedita prima illa, atque omniū vetustissima Nobilitate, secunda occurrit, quam non omnes assequuntur, & quæ non omnibus communis. Morum, inquam, Nobilitas. Prouenit ea quidem ex animi dotibus, & ornamentis, atque in honestis moribus conspicitur. cum nimirum ita quispiam est moratus, & omni in re aptè compositus, ut suæ virtutis luce quasi lumen aliquod supra cæteros eniteat. Mores hunc faciunt splendidum, clarum, & illustrem.

Huic Nobilitati sunt ex sapientibus qui tantum deferant, ut omni alia claritatis luce despecta, illi primas tribuere non vereantur. Si pulcher es, inquit, lauda naturam; Nobilis, lauda parentes; bonus, & sapiens, lauda te ipsum. Quibus sunt affinia Minucij verba in suo Octauio. Nobilitate generosus es? parentes tuos lauda; omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. Non adduco, ne longum

Boët. de cons.
philos.
Minucius in
Oct.

longum faciam, Patrum doctrina & sanctitate illustrium testimonio: satis quidem Stoicorum placitis ea propositio firmatur. Audi vocem Senecæ. *Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius.* & alibi. *Quis est generosus? bene à natura compositus. non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus, animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere.* hæc tenus ille. Nec ineptè Euripides;

L. Sen. l. 3. de
benef.
Idem epi. 48.

Eurip. apud
Stob. Ser. 44.

Bonus vir mihi nobilis videtur,

Qui verò non iustus est, licet à patre meliore

Quàm Iuppiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censetur.

Horat. Saty.
6. l. 1.

Inue. Saty. 8.

Pleni sunt libri harum laudum: pugnantque Horatius & Iuvenalis, cæteroqui à virtute alieni, pro virtutis claritate: hic octava Satyra, ille sexta libri prioris, quas nec vacat, nec libet exhibere; eos adito, si lubet. Multi magna volumina in hac Nobilitatis parte insumpserunt, quos supra meminisse recitasse.

Hi profectò eruditione præstantes viri haud temerè id sibi persuadent. nam in comparatione earum virtutum, quæ, quia mores perficiunt, morales indigetantur, maximam, & amplam itidem sibi homo laudem vendicat; quas virtutes qui habuerit non ut alter quispiam de vulgo, & fæce hominum obscurus viuit, verùm splendido ornatus lumine conspicitur. Huius notæ hominem Cynicus Philosophus quæsiuit laternam manu gestans, &, ut loquar cum Comico, *Vulcanum occlusum in cornu gerens*: idque in luce Solis meridiana; interroganti quid quæreret? Hominem quæro, respondebat. at non quemlibet de populo, sed absolutum numeris omnibus, ac partibus, qui verè

Plau. in
Amph.

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno,

&

Coruo quoque rarior albo.

Nec falsò, ex Seneca, fortasse tamquam Phœnix semel anno quingentesimo nascitur. Mira certè huiusmodi hominis est raritas, qui sæpe optatur potiùs, quàm speratur. At non aliunde ea provenit, quàm ex difficultate (ut præteream notam Pythagoricam, de qua pulchra, & docta habet Lactantius, Herculis biuium, in rupibus virtutis domicilium, & alia à Græcis lepida mendacia) inveniendi in virtute quod nec deficit, neque excedit. Planè id docet Princeps Peripateticus Aristoteles ad Nicomachum, dum statuit difficillimam esse virtutis acquisitionem ob difficultatem mediocritatis, in qua virtus est posita, attingendæ. Difficile quippe est, & opus plenum alexæ reperire siue in publicis, siue in priuatis actionibus quicquid

L. Sc. epi. 42.

Arist. l. 2.
Eth. c. 9.

quicquid neque est maius, neque minus. Sicuti non cuiuslibet, sed solius Mathematici opus est centrū in circulo, & in linea bifariam secanda inuenire. Etenim nemo est, qui non probè calleat patriæ, parentibus, amicis, vniuersis ciuibus tribuenda mutuo officia, obsequiaque deferenda: verū quibus, quando, quomodo hæc dimetienda pauci sciunt, multi ignorant. Hic enim ne sordidus habeatur, auarusve, pecuniam temerè profundit, & in genere largorum dum auaritiæ notam vult effugere, prodigus habetur; liberalis futurus si delectus in beneficentia apparuisset. Rectè Horatius,

Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt.

Arist. 1.2. Hinc factum, vt idem Aristoteles bonum finitum, malum esse infinitum ex Pythagorica doctrina pronunciarit: quasi verò errare, & in vitia dilabi multipliciter contingat, virtutem verò attingere vno tantūmodo detur. adeoque obseruatum est à Philosophis, malum ex quolibet vel minimo defectu, bonum non nisi ex integra bonorum complexione prouenire. Eadem de causa elegantem excogitauit similitudinem Plutarchus desumptam ex scopo, & arte iaculandi: nam multis modis eiaculando à scopo possumus aberrare; vno tantū attingere: ita è virtute multifariam declinamus, vna planè via ad eandem peruenimus. Hæc ex Græcorum adytis. Quid Romana docet philologia? Cicero, qui primus Latinis literis philosophiam excoluit & illustrauit, inter alia, retulit causam in deprauatos multitudinis mores. *Cum verò, inquit, accedit eodem quasi maximus quidam magister populus, atque omnis ad vitia consentiens multitudo, tum planè inficimur opinionum prauitate, à naturæque ipsa desciscimus.* Quem Seneca alter philosophiæ Romanæ parens imitatus; *Alias inter causas, ait, hæc non minima est malorum nostrorum, quod ad exempla viuimus, nec ratione componimur, sed abducimur consuetudine.* & alibi idem deplorat, atque adhibet remedia animis, mentibusque mandanda. Verum etiam est illud Historici, quod *sæpe maior pars vicit meliorem*; dum scilicet ad viuendum exempla petimus, quid sit in more positum obtendentes, quàm rectè non laborantes.

Sed quo pacto hæc moderata virtutis mediocritas attingatur (arripiendis scilicet extremis, vt media teneamus) & hæc morum corruptela caueatur, strictè præfiniant morales; nos obiter hæc attingimus, & satis nostro instituto est factum, si ea persuasio ad hæc legentes peruaferit, nihil vilius homine vitiis deprauato, flagitiisque

Liber primus, Cap. III.

9

uiisque adopto : contra omni laude commendandum, qui non quicquid indomita libido, sed recta ratio imperat exequitur. Dissertè Nazianzenus de mente humana verba faciens, ut est Dei Regia imago, hanc imaginem, pro Regia purpura virtute amictam esse scribit, quo cultu nihil magis regium esse potest. Habet enim illa suas administras, & satellites virtutes, prudentiam, & alias primarias. his sunt affectus Constantia, Grauitas, Magnanimitas, Liberalitas, & aliae reliquae minores, quae imaginem ante oculos cum dignitate amplissima constituunt. Quare concludamus maximum hoc esse ornamentum ex virtute ortum ducens. Sed in disceptationem non adducimus an nobilitas ex ea promanans adeò se extollat, ut ceteras (si quae sunt aliae apud homines nobilitatis differentiae) deprimat, & de medio omnino tollat. Hac contentione in praesentia abstinemus; nec, ut est in proverbio, purpuram iuxta purpuram diiudicamus.

*Arist. l. 8.
Eth. c. 1. & 3.
Cic. l. 3. de
Off.
Nazian. lib.
de opif. homi.
c. 4.*

*Cicer. l. 5:
Tuscul.*

Nobilitas Gentilitia ordine tertia. Eiusdem varia incrementa. An sit oppugnant, non euertunt. Pendet plurimum ex hominum instituto. Vnde primum prodierit. Quo iure asseratur. Natura nonnihil efficit in Generatione. Nobilis an ex aspectu dignoscatur. Ea à cunctis magnifit. Priuilegia irrogata.

CAPVT III.

QUAE ex diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic restare tertiam necesse est, inquit Cicero. Tertia verò, quae sub nostram diuisionem cadit, est generis, seu familiae Nobilitas, nostrae tractationis scopus, atque signum. Hanc placuit gentilitiam appellare. idem enim priscis erat gentilitium, quod genti ac generi commune. hinc sacra, & sacrificia gentilia appellata, quae alicui familiae propria & priuatim instituta ad colendos Deos familiae tutelares. Imò sollemnia quaedam generis cuiuspiam instituta, atque mores eodem nomine designabant. Vnde Plinius : *in Serranorum familia gentilitium est. faminas veste linea non uti.*

*Cic. l. 2. de
Off.*

*Alcia. l. 1.
parergon. c.
12. & 13.*

Plin. l. 19.

Hæc isti nomini subiecta est notio : in quo sensu illud usurpabimus. Paucis verò expediam, in quibus alij immerantur, dum

B. aductus

aduersus oppugnantes hanc nobilitatis partem, non tamen euer-
tentes defendunt acriter, probantque dari in hac ciuili hominum
societate eum familiæ splendorem, de quo perhonorificè apud
Politicos fit mentio, neque esse quid fictitium prorsus, atque ima-
ginarium.

Et quidem nihil locus hic dubitationis habet, quin sine hæsi-
tatione censeamus perperam sentire, qui contra sentiunt, etsi Stoi-
cam familiam aduersariam habeamus, & in nos insurgant de se-
uerioribus ingeniis optimum quodque. planè corruunt, quæ in
generis nobilitatem disertè statuunt, vbi quid eius nomine ve-
niat statuerimus. Etenim verum ea haberent, quæ à multis piè,
ac religiosè dicuntur, si collatio, & comparatio fieret de hisce no-
bilitatum generibus vtrum illustrius, & honestius. In comparatio-
ne enim per contentionem vtrum potius, aut quid potissimum sit
quæritur. at verò in præsentia ea inter se non comparamus. Sed
ruditer videamus quidnam illa sint. Splendor, siue claritudo fa-
miliæ à quopiam inchoata, à natis adaucta, eorūque posteris
longiùs prouecta vel saltem seruata, nobilitatem generis consti-
tuit. Hanc nobilitatis partem multi iure præsertim consulti *ciui-*
lem, seu *politicam* appellarunt; cuius itidem illa quæ nos innuimus,
assignarunt incrementa; inchoatæ scilicet, crescentis, & adultæ;
vel incipientis, crescentis, atque statæ. Sunt qui longiori verbo-
rum, argumentorumque ambitu id astruant, vt multorum os oc-
cludant nobilitatem gentilitiam de medio tollentium, cuiusmo-
di in primis est Stoica factio præ virtute omnia deridens, hac vna
cunctos allici, neminem generis splendore debere extolli, & glo-
riari. *Qui imaginem in atrio exponunt, & nomina familie sua longo or-*
dine, & multis stemmatum illigata flexuris in prima parte adium collo-
cant, noti magis quàm nobiles sunt. & cætera quæ Stoicus habet Se-
neca, & nos superiùs retulimus.

Sed hæc, & huiusmodi in nobilitatem generis scommata, &
apophthegmata non valent quicquam conficere. nam hi auctores
pro virtute depugnantes, non sentiunt virtutem ipsam proteri, &
conculcari, dum in nobilitatem faciunt impressionem. Nam à
virtute, ceu ab augusto quodam fonte, omnis dicitur orta gene-
ris nobilitas, quæ in politicis honor quispiã est. at omnis omnino
honor virtutis præmium definitur. hoc ergo præmio illa defrau-
dabitur, si hæc nobilitas de medio tollatur. Quid autem veniat
nomine virtutis suo loco statuemus.

Ad

Cic. de in-
uent.

Fider. Sco. l.
6. resp. 38.
10mo. 1.

L. Sen. l. 3. de
benef.

Arist. l. 4.
Eth.

Adhuc omnibus probatur ea sententia, ut de quo omnium definitio consentit, id verum esse necesse sit. quæ est ratio potissima, cur generis nobilitas sit admittenda, multis enim in rebus, quæ apud homines sunt in pretio, & existimatione stādum est ab ipsorum hominū institutione, qui ut multa alia ciuilia & humana, ita etiam hūc ordinem in gradibus politicis interferere, rationemque haberi illorum voluerunt, quos sua virtus in lucem gentium è tenebris euexerit: itaq; in humana societate sic conuenit, ut cum non vnum bonorum genus, sed interna partim, partim externa constituerit, inter hæc non postremam nobilitatem generis numerauerit. Planissimè vsurpamus celebrem illam, ac tripartitam bonorum diuisionem, in bona animi, corporis, & fortunæ, quam Peripatetica schola vsurpauit à Platone 3. de legibus mutuata, nec Stoicam sectamur doctrinam, quæ vñ bonorum genus mordicus agnouit. Sed Stoicorum captiunculis plenus est Cicero, Seneca, Laërtius, Stobæus, ex quibus excerpit plura Lipsius nostræ ætatis scriptor dum Stoicum profiteretur.

Quod si prima velis nobilitatis familiæ repetere incunabula, fortasse ea post diluuij cataclismum, communem humani generis calamitatem, ortum habuit: adoleuitque cum primū metu præteriti mali vrbes, & communia domicilia cœperunt sibi homines construere. tum quippe necesse fuit adessent viri prudentiores, qui iura darent, præsiderent, atque eminerent supra cæteros.

Ab iisdem temporibus primas Reipublicæ, & ciuilitatis figuras Plato in suis legibus delineat. Quod sub fabularum inuolucris alij contexere. confictis enim ad rem aptissimis personis Orpheū, Amphionem, aliosque nobilitatis politicæ fecere auctores. ij si quidem non tam dulcedine cantus dicuntur saxa, & feras commouisse, quàm blandis precibus ad ciuilitatem dispersos syluestrium hominum greges efformasse. Cui verò antiquior arriserit origo, non à vero longè abierit, si nobilitatem eodem iure asserat, quo seruitus naturalis inuecta. Etenim cum natura quosdam rudiori, alios acriori effinxerit ingenio, hos tacita quadam voce imperare, parere illos iussit. iis ergo quos fecit aptos ad imperandum, nobilitatis aditum aperuit, cuius pars potissima ab imperio est profecta. Altiora sunt illa nobilitatis principia, quæ congruenter dici possunt. Ab Angelis nimirum; nam alios aliis ordine & nobilitate scimus esse præstantiores. Ab Astris: quod stellæ ipsæ,

syderaue non ordine tantum, sed virtute, potentiâ dissimilia: adè vt alia imperium exercere, & splendorem impertire, seruire alia, & de alieno splendescere appareant.

Sed posset quispiam interrogare, an ergo nobilitatem à natura ortum ducere velimus, eumque familiæ splendorem iure naturali asseramus? Omnes fateor naturâ æquales sumus, cum vna sit & communis procreatrix. verum cum vox populi sit itidem vox naturæ, & hæc generis nobilitas pendeat præcipuè, & ex ore populi emanet, videtur à natura haud subdubie oriri. Ita consentaneè potest responderi, præter hæcenus dicta, quæ dubitationi locum relinquere non debuerant.

Sor. l. 5. de
iust. q. 1. a. 6.

Francis. Pi-
col. grad. 8.
c. 14.

Alium etiam locum exoptulat, an natura efficere aliquid deprehendatur in nobilium procreatione, quasi à genitoribus qualitates quedam ad nobiles actiones apprimè facientes in generatione imprimantur. Fusior suo loco de ea re sermo recurrit.

Hollæ. differ.
de nobi. pag.
96.

Illud omnino nemo audeat inficiari naturâ ipsâ fere sæper fieri, vt ex vultu, & totius corporis aspectu ingenuam viri indolem ab ignobili discernamus. Eas enim insculpit notas, & characteres, vt hominem altius spirare, & quid magnificum sapere deprehendamus. De Romulo, & Remo loquens Poëta ingeniosus, ait.

Ouid. lib. 2.
Fast.

*Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis suspicer esse Deum.*

Et Paris de se ipso ad Helenam:

Ouid. in
epist.

*Forma vigorque animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium testæ nobilitatis erat.*

Quod corpo-
ris species sit
simulachrum
mentis.

Ambros. l. 2.
de virg.
Iul. Capit. in
Anton.
Quintil. 6.
cap. 4.
Virg. 4. Æne.

Quem totius oris conspectum ex membrorum analogiâ, atque signis physiognomici dignoscunt. Dido certè apud Virgilium hoc argumento sibi persuadet Æneam nobilibus auis, imò & Diis esse genitum.

*Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Quem sese ore ferens? quam forti pectore & armis?
Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.*

Omnes omnium gentium historię sacræ, ac profanæ de hac nobilitate meminere. Potissima gentilitij splendoris ex sacris literis testimonia, & discriminâ adducere possemus. vnâ contenti erimus familiâ, & agnatione (à cæteris abstinemus) eorum scilicet qui à tribu Iuda originem duxerunt. Nam inter cætera illud præcipuè spectatæ virtutis specimen dedere. in exitu enim Israël de Ægypto instante, & persequente Pharaone diuinitus vtrinque, quod

quod scimus , retrocessit , ac refluxit mare : vt scilicet tramite interposito tutum , & facilem transcursum fugienti populo præberet. Tantus verò stupor, timorque (ita perhibent quibusdam Iudæorum scriptis memoriæ esse traditum) omnium animos inuasit, vt nemo insolito itineri committere se auderet. Solum imperterritis animis Iudaicâ Tribu orti Moſis Ducis inhærendo veſtigiiſ, cæteris, quibus ignobilior, ſeruiliorque mens erat , ad ſequendum calcaria admouère. Ob hæc, aliaque ab eius familię viris heroicè geſta inter duodecim Iſraëliſ principes (ſinguli autem à ſinguliſ Tribubus legebantur) primas obtinuerunt : ductare ſcilicet agmina , vota facere , ſacrificia offerre , cæteris in re omni imperitare. Vnde ex iis tot , quot legimus belli Duces, ac Reges præclariffimi extitère.

Hieron. Oſor
l. v. de nobil.
ni.

Leges Pontificię, & Cęſareę non parum tribuunt viro nobili. immunitates munerum, & onerum datę : arcium cuſtodię nobilium fidei cōcreditę: ad ſacerdotia, & munera eccleſiaſtica iſdem aditus facilior apertus : mitiori pœnâ in nobiles animaduertum. *Ratio quidem Iuſtitie ſeriò habenda eſt, ſed circa nobiles , probabileſque perſonas plus debet eſſe moderaminis, vt perſpiciatur in diſcretione iudicium.* Eleganter Symmachus : Honores publici nobilibus delati, vnde Romę equeſtris ordo ſeminarium Senatorum nuncupatur; & ad plebem Romanam aiebat Marius: *Nobilitas omnes honores non ex merito; ſed quaſi debitos à vobis repetit.* Maxima apud Venetos in publicis muneribus demandandis nobilitatis ratio habetur; ac ne ad ea popularibus aditum aperiant, neve labe aliquâ inficiant eum nobilium cœtum (quod magnum conſilium appellant) qui in eum ordinem referri vult , ante cauſſę cognitionem deferat oportet ad Magiſtratum quingentos aureos in ærarium deferendos, ſi de cauſſa, & ſententia ceciderit, agnatione patritiâ non probatâ. An verò rectè fiat, vt nobiles imperent, plebei ſeruiant , ſatis euentilata, & pro nobilibus diiudicata liſ eſt.

Tiraq. de nobil. c. 20.
Gloſ. in c. vile ver. nobilitat. de pœnis. Glo. in l. ſoc. ubi ad. ſ. pro ſocio. Cenall. qu. 303. n. 32.
Felin. c. cum adeo. n. 6. de reſcript.
Cabe. decif. 73. p. 2. n. 18.
Perez de Lara l. 2. de capell. c. 4. n. 1.
Symmach. l. 9. epiſt. 37.
Sall. in Iurg. Contra. l. 1. de repub. Vene.

Ac ne in re clara fuſior ſim , plurimum valeat ſola auctoritas Ariſtotelis tum in ſuis de Rẽpublica libris honoratam de familię nobilitate mentionem facientis; cū in iis quos de moribus conſcripſit. quin eiufdem eſt aſſertio obſcuritatem generis plurimum officere ad humanę felicitatis aſſecutionem , cum ad beatitudinem parum idoneus ignobilis illi videatur. ſine huiuſcemodi etiam nobilitate non conſtare perfectam felicitatem fuſius aſtruxit in Rhetoricis. Hęc præmiſi , ne apud quempiam generis clari-

Ariſt. l. 3. Polit. cap. 8. l. 1.
Mora. c. 8. l. 1. Rhetor.

tas malè audiat, cum in eam inuehi plurimos legat, & quidem magni nominis auctores.

*Nobilitas Gentilitia definitur : maiorum dignitas, &c. Quanta successione oporteat ad posteros derivari: incertum ex Aristotele, & Iurisconsultis. Debere esse tri-
nam suadet ratio, & exempla.*

C A P V T I V.

REVITATIS amans consultò taceo multas nobilitatis acceptæ in genere definitiones, quas pro eiusdem varietate, de qua varij tractarūt, varias etiam est sortita. poterit qui cupit eas legere apud scriptores, quos supra enumeraui. Mihi verò hæc videtur genuina, & gentilitiæ nobilitati definitio accommodata, eaq; ex Aristotele deprompta; qui ubi in Politicis constituit nobilitatem esse quamdam claritatem, quâ homo splendidis dicitur ortus natalibus, eam definit *Generis virtutem*. Sed meo iudicio, aptius & enucleatius in Rhetoricis ab eodem *Nobilitas familia maiorum dignitas* definitur: ad cuius perfectiorem statum præterea requirit congruentem quamdam facultatem procreandi viros ingenuos, & ut loquitur, ad virtutem faciles. Hæc sunt verba Aristotelis in libello de Nobilitate qui temporum perit incuriâ: extat illius tamen apud Ioannem Stobæum non ignobile fragmentum. *Sed rectè, ille ait, questionem hanc mouent, qui virtutem antiquam proponunt, quoniam videlicet, ut iam diximus, Nobilitas virtus est generis, virtus autem laude digna est. Laudabile etiam genus est, in quo multi generosi nasci soliti sunt. Accidit autem id cum origo studiosa fuerit. Origine enim hanc vim habet, ut multa præparet talia, qualis ipsa est. Hoc quippe principij opus est, ut plurima sibi similia efficiat. Cum igitur talis quæpiam adeoque generosus in aliquo genere fuerit, ut bonū ab eo profectum in multas atates duret, hoc ceriè genus nobile, & laude dignum esse necesse est. Et inferiùs illa habet. Sed nec absolute nobiles sunt, qui ex maioribus bonis orti sunt; sed qui auctores posterorum sunt. Qui igitur ipse bonus est, sed non eam vim natura habet, ut multos similes generet, principij rationem ad posteritatem non habet.*

In hac definitione, siue maius, descriptione, loco generis est dignitas,

*Arist. l. 3. Politic.
lit. c. 8.*

*Idem l. 2. Rhetor.
c. 15.*

*Ioan. Stob. Ser.
86.*

gnitas, subeunt vicem differentię verba reliqua explicantia cuiusmodi sit talis dignitas ; nam dignitatis vocabulo generatim multa denotantur humane vite ornamenta. Similem etiam definitionem habet Boëtius. *Nobilitas est quedam de meritis veniens laus parentum.* Prolixior, & diuersior est illa Bartoli Iurisconsulti. *Nobilitas est qualitas per Principē illata, qua quis supra honestos plebeios acceptus ostenditur.* Cum verò à Iurisconsultis nobilitas dicitur esse quedam qualitas, ne intelligas esse in aliquo qualitatum genere ex quadripartita illarum classe ab Aristotele in prædicamentis cōstituta. veriùs enim nobilitas in nostro sensu accepta censetur esse moralis quidam, vt ita dicam, respectus in mētis conceptu, & existimatione hominum constitutus. cuiusmodi sunt innumeræ res morales, eaque omnia, quæ, cū re vera in rerum natura non existant, humanus tamen intellectus adesse illa sibi fingit, & imaginatur. Proinde à Logico, & Metaphysico entia rationis, id est mentis, seu intellectus appellātur. secus idem Bartolus risum excitaret, si intelligeret, cum dicit in homine recēter nobili effecto qualitatem quandam imprimi, quā fretus multo plura, quàm antea posse confidit, si, inquam, intelligeret characterem quemdam in eo imprimi, id est, vim, & potentiam quandā physicam de secundo genere qualitatum, & non potius ipsiusmet iudicio, aliorumque æstimatione morali fieri, vt metaphoricè à cæteris distinguatur, & vt aptius dicam, obsignetur. Requirit etiam Bartolus in sua descriptione Principis operam. de qua re suo loco sermo redibit.

Boët. l. 3.
prof. 6.
Bart. l. i. c.
de dign. l. 12.

Bart. l. c. i.

Verum ex definitione illa Aristotelica duę non ineptæ dubitationes oriuntur. Prima est, requiri ad nobilitatis constitutionem successionem quandam. Altera, quid velit Aristoteles, & in quo itidem constituat facultatem illam procreandi liberos ingenuos?

Quod attinet ad primam, non solum Aristotelis, sed etiam Boëtij, Bartoli, & aliorum apparent mutilæ definitiones. in eo re vera omnes claudicant, quòd non definiant quantā successionē, duorumne, trium, an plurium debeat dignitas illa generis ad quempiam deriuari, vt verè nobilis dici possit. certum est enim nobilitatem in eo in quo incipit, non esse perfectam, sed successionē quadam perfici, & absolui. Vnde adinuenti sunt illi nobilitatis gradus inceptæ, crescentis, & adultæ. Quò spectat etiam illud Baldi: nobilitatem non nasci in ictu oculi, inde non feudum nouum, sed antiquum illam redolere. Nulla quippe, quod alij ex Iurisconsultis voluere, est nobilitas, quę ultra non progressa solum

Bald. l. semina
mata. ff. de
grad. Nat.
conf. 167.
Bald. in præ
iud. feud.
col. penult.

Gloss. in l.
femina. ff.
de gradibus.

Alexand. in
addit.

lum est in suo principio. nam quemadmodum vna hirundo non facit ver , ita de nobili genere non eum reputat Glossographus, qui non itidem nobiles fuisse suos maiores antiquitus probauerit. Ab ipso Aristotele nihil certi habes , nullibi hoc præfinit. Iuriconsulti, quibus esset plurimum in hoc negotio deferendum, disertis, apertisque verbis non loquuntur. Sunt quidam ex iis , qui Bartoli definitionem : *Est qualitas per Principem illata, &c.* cum ea proferant appendice , *usque ad quartum gradum* , ex qua ne inferas nobilitatem in pronepote perfici, in quo Cæsarei , & Pontificij iuris interpretes quartum consanguinitatis gradum dimetiuntur. Alia fuit mens Bartoli (absurdane, an abhorrens à nostro instituto non definitio,) voluit quippe in priuatis familiis nullâ dignitate insignitis nobilitatis splendorē in pronepote definire, vltraque illū non extendi; adeo vt ex nepote nobili filius ignobilis procreetur.

Scipio Ammiratus , qui de clarioribus familiis Neapo'itanis commentaria confecit , habet pauca quædam , quasi suæ tractationis prologomena , de natura, ac partibus gentilitiæ nobilitatis. ac rem, de qua agimus, plane acutetigerat, si nescio quid addidisset. Requirit ille quidem ad absolutam suis partibus nobilitatem plures non interruptâ serie successiones & gradus. gradum verò vnum (ætates ille appellat) triginta annorum spatio in homine circumscribit; fortè quia hunc annorum numerum in ciuilibus actionibus homo traducit, si demas, quos procul à negotiis pueritia, & adolescentia sibi seponunt. Quot verò successiones , gradusve ad familiæ perfectionem desiderentur, duo, tres, an plures, quod dictum in primis oportebat , non definit Ammiratus. in eo solum visus laborasse , vt ex hac non interrupta graduum serie multarum familiarum inueteratam argueret splendorem , in qua calculatione est diligentissimus.

Hac igitur in re, vt verâ dubiis secernamus. Remota prorsus nobilitatis principia ille requireret, qui eadem successione ad posterios nobilitatem deriuaret, quâ antiquitus ius gentilitatis erat alicui delatum , quod quidem apud Romanos patritiæ , non plebeix familiæ debebatur. vnde ex Iurisconsultorum formula Patritij gente, plebei stirpe in hæreditatem agebant. ex quo etiam ductum est , vt nostris temporibus apud multas gentes, nobiles patrio sermone Gentiles homines vocentur. quæ est non vana Budaï diuinatio. Remota nimis esset ea origo. nam. ex definitione Scæuolæ apud Tullium in Topicis, *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine*

Alciat. l. 1.
patron. ca.
12. & 13.
Buda. in l. ff.
in fin. ff. de
orig. iur.
Cicer in To-
pi: in quem
locum. Boët.

nomine sunt ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruauit, & capite non sunt diminuti. Ex his verbis apparet gentili non fuisse satis ab ingenuis esse ortum, præterea requirebant, ut maiorum nemo serui conditione fuisset maculatus. maiores verò accipiebant Iurisperiti supra Tritauum: quæ successionum series difficillimè probatur, & inuenitur.

Notant in l.
1. C. l. 10. de
de impon. lu-
cro. descript.
& in l. qui-
que. §. Paren-
tes. ff. de in
ius vocan.
Deci. conf.
47 l. n. 10. &
alij.

Secundò æquè planum esse debet pro constitutione nobilitatis requiri ad minus patrem, & auum, qui filio præluxerint. fortasse hoc voluere, qui eos gradus nobilitatis distinxerunt, inceptæ, crescentis, & adultæ; nam si nobilitas tamquam aliquid in suo genere perfectum in filio adoleuit, prius debuit crescere in patre, & multo antea incipere ab auo. Planissimum hoc est ex Plutarcho, qui ubi de familiæ vetustate verba fecerat; *ij demum nobiles, inquit, qui nati in eiusmodi familia sunt, idque eâ lege, si auctor primus ita sit, non autem tuus pater proximus.* Quod itidem confirmat decretum illud Reipublicæ Romanæ, quo cauebatur, ne cui ius esset gestandi anulos aureos, nisi ingenuo ipsi, patri, auoque paterno sextertia quadringenta, id est, decem millium philippicorum census fuisset. qui census equestris erat. hoc verò ius nemini vnquam licet ingenuo, præterquam equiti, & Senatori fuit concessum, ex quo instituto, cuius auctor extitit Tiberius, percipitur, anulum aureum apud Romanos præcipuum equestris nobilitatis insigne ei deferre vetitum, cuius pater, auusque equestrem censum non obtinuissent. Equites verò à plebe anulo aureo distinguabantur, ut Senatores à cæteris lato clauo. De hac quoque nobilitatis serie videtur loqui Tacitus, cum de Agricola ait: *Virumque auum procuratorem Cesarum habuit, quæ equestris nobilitas est.* Idem pluribus confirmat Cicero in oratione pro Murena in eius, & Seruij Sulpitij nobilitate comparanda. Quæ res posset præterea confirmari non minus docta explicatione Connani, qua Gentilium definitionem Scæuolæ apud Tullium in Topicis modo allatam aliter interpretatur: ut Maiorum nomine Patrem intelligat, & Auum; adeo ut Gentiles non essent; neque iure Gentilitatis (ab antiquitate ingenuorum Gentilitas dicitur) ij gauderent, quorum Maiores, hoc est Pater, & Auus seruitutem seruierunt. *Certe quia in seruis Gentilitia Natura non subiecit in usu in nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, necessaria.* inquit Varro libro octauo de lingua Latina. Verum licet ipsi Gentiles non essent, eorundem tamen nepotes, & posteri Gentiles esse non prohibebantur; quamuis pri-

Plut. lib. præ-
Nobil.

Tacit. in vitæ.
Agricola.

Cice. oras.
pro Mur.

Reuard. ad l.
12. Tab. c. 13.

mus ille, à quo genus duxerunt seruitutem aliquando seruiuisset.

Dubium tamen possit videri, an ad perfectam nobilitatem multò plures successiones desiderentur. Planè ego sentio ad minimum trium successionem prærequiri: vt is verè esse, adeoque dici possit splendidâ familiâ prognatus, cui pater primus (vtar hoc ordine præpostero) auus alter, proauusque tertius vitæ, actionumque claritudine præluxerint. ita enim nobilitas in proauo fuit primum inchoata, creuit in auo, adoleuit in patre, adultam ipse filius accepit. Vel aliter explico. incepit proauus, adauxit auus, prouexit longius pater, perfecta demum filio traditur. Idem tamen hoc loci sonat auum, patrémque acceptam generis claritatem augere, quod deriuatam à proauo conseruare. Nihil tale apertè loquitur Aristoteles. ex eodem tamen planissimè constabit, cum nobilitas familiæ in eius definitione virtus generis, ac dignitas appelletur. Etenim si virtus est generis (vt in re morali topica argumenta adhibeamus) debet profectò aliquod sui specimen præbere. quod cernitur in primis si constans est. opus enim virtutis maximè est constantia. si non volubilis, si de gradu non deiecta turpes repulit petitiones. nam vera sunt illa Senecæ. *Calamitates, damna, & iniuriæ hoc aduersus virtutes præstant, quod nebula aduersus Solem.* Adde quod partum semel, ac laboribus quæsitum decus non minus pulchrè retinetur, quàm acquiritur. Vulgatum est illud:

Non minor est virtus, quàm quarere parta tueri.

Quod à ratione philosophicâ ortum habuit, quæ definit vniuscuiusque rei conseruationem esse eiusdem non interruptam productionem. Sed hæc virtutis gentilitiæ experimenta in trium successionem contingit reperire. etenim hic decursus annorum centenarius (tot fere annos tres hominum successiones, atque ætates sibi vsurpant) optimum videtur fecisse eiusdem virtutis gentilitiæ periculum. Adhæc in perfecta nobilitate nescio quid scemotum, & antiquum solet reperiri, quod conciliet venerationem. vnde tamquam aliquid peculiare solet illi tribui antiquitas. at antiquum non dicitur Iurisconsultis, maximè si de iure aliquo probando fuerit quæstio, nisi circiter centum annos, quos trium illa successio per tres trigenarias ætates ferè explet. Sed pro rei moralis, vt dixi, comprobatione hæc suppetunt topicæ rationes.

Nec desunt exempla, & auctoritates à bonis auctoribus petita. Plutarchus enim haud subdubiè generis nobilitatem, vt perfecta dici possit, à proauo deriuauit. In ea enim constituenda de proauo passim

Sallust. in Ca.

til.

Senec. epist. 9.

Alex. conf.

89 n. 4. l. 5.

Ias. in repet.

l. admon. nu.

246. Morl.

in emp. iuris

p. 1. q. 11. tit.

11. n. 7. Dec.

cap. 1. de Ap.

pel. nu. 147.

Ceuall. q.

301. n. 9.

Plutar. lib.

pro nobi.

passim meminit toto eo libello, quem pro generis nobilitate contra Stoicorum calumnias conscripsit. Indidem eam gentem, & familiam appellat optimam, in qua quispiam extiterit adeò bene moratus, ut eius bonitas ad alios eiusdem familiæ per gradus, & ætates multas peruenire potuisset. ætates verò & gradus minus quàm tres ægrè dici possunt. *Nobilitatem*, ait præterea, *eam tueor, eam orno, quæ virtus dicitur generis, quæ à maioribus, veluti per gradus ad nos delata, & auos, proauosque nobis in memoriam renocat.* Quod si contrariorum eadem est ratio, & disciplina, nostræ opinioni procul dubio subscribet Plato, qui ad infamiam nobilitati è diametro aduersariam tres hosce gradus requisivit. *Dedecora*, ait, & *pœna patris nullum ex filijs consequi debent, nisi quis ordine habuerit simul patrem, auum, & proauum morte damnatos.* ita habet octauo Dialogo de legibus. Nec res caret exemplo ab ipsa quoque Romana Republica deprompto: in qua ad senatoriam dignitatem non patebat illi aditus, qui trinam hanc maiorum seriè non numerabat. Proinde refert Livijs ab Appio Claudio olim Cenfore, & huic legi parum obediente lectos fuisse in Senatores libertinorum filios: cuius rei indignitate adeò motum memorat L. Planciù Appij collegam, ut eius rei victus verecundia se magistratu abdicarit. Libertinus verò tunc temporis dicebatur nō manumissus ipse, sed manumissi filius, uterque verò gaudebat iure ingenuitatis. unde non poterat publicos assequi honores, tametsi pater, auusque ingenui fuissent. non modò enim libertinus, sed libertus, id est, primum manumissus verè ciuis Romanus erat, & ius Quiritum obtinebat. Desertor eiusdem legis Claudius Imperator hoc idem decursu temporis, promissis non stando, effecit (exemplo Appij sui generis auctoris, ut obtendebat.) pollicitus enim in Senatorem à se legendum neminem nisi ciuis Romani abnepotem, libertini filio eum honorem tribuit; licet ab equite Romano in speciem prius adoptato. Quò factò eundem errorem cum Appio errauit; imò turpius deliquit. Claudij enim tempestate non manumissorum filij, sed ipsimet manumissi libertini dicebantur. Vnde eum ascivit in Senatum cui sola patris aderat ingenuitas. Hos Senatores Nero cum indignatione, & ignominia, licet admissos ab alijs Imperatoribus amouit. Sed magis immutato Imperio mos iste, ut cætera omnia, immutatus, teste Lampridio Commodum Antoninum carpere, quod cum ipsis libertinis Senatus, & Patriciorum honores communicarit.

Angel. in 5. & quod sepe. in authen. de trien. & semis. ve. Ias. in l. 2. C. de fr. deicom. Alex. in l. licet Imp. ff. de leg. 1. Plat. 8. Dialog. de leg. & apud Stoba. serm. 42.

Lin. lib. 9.

Iustin. lib. 1. Inst. Suet. in Claud. c. 15.

Lamprid. in Commo.

Buda. l. ult.
ff. de Senat in
annos. l. ade.

Holla. differt.
de Nobilit.
pag. 205.

Nobilitas ad
effectū Reg.
preferētis no-
biles quomo-
do sit pro-
banda.

Staphil. de
litt. grat. &
iust.

Rebuff. de no-
min. p. 15. &
16. qu. 12.

Put. dec. 289.

Foli. in c. su-
per eo. de te-
stibus col. 2.

Quid sentiant Iuriconsulti in neutram partem pronunciare esset consilium, nisi à nobis videretur stare Budæus. sic enim libet interpretari illius verba in l. ult. ff. de Senatoribus: quod scilicet nobilitatem in pronepote dimetimur, licet hoc restringat ad quorundam mores, qui iustam nobilitatem solum in pronepote ex nostra sententia dimetiuntur exemplo senatoriæ dignitatis saltem pronepoti manumissi, & ingenui concedi solitæ apud Romanos. Huc etiam spectat quod Flandorum moribus receptum esse scribit Hollanderius: arma scilicet gentilitia Principis concessa beneficio, licet maiorem præstent dignitatem, quàm ea quæ quis priuata sibi sumpsit facultate: nihilominus si hæc ultra quartum gradum processerint parem cum illis conferre honestatem. Hactenus dicta meo iudicio vera sunt, si ipsam nobilitatis naturam contemplemur; multa tamen in hac re immutant peculiare gentium mores, & instituta. Equestres ordines solent præfigere maiorum numerum: nequis scilicet hanc, vel illam crucem induat militarem, quin prius certam gentis seriem splendidam probauerit. Pendent alij à sensu hominum, ut quos communis reputatio nobiles iusserit, nobiles habeantur. Cautè ergo in iis controuersis diiudicandis homo se gerat, necesse est. non tam suum iudicium interponat, quàm illud à gentium moribus exquirat.

Quam generandi vim requirat Aristoteles in Nobili. Physicamne, an moralem? Ad auitam propria debet Nobilitas accedere. Filiorum procreatio iucunda, & honorifica semimares malè audire. ex occasione pauca de re uxoria, & calibatu.

C A P V T V.



UPEREST enodanda secunda ex Aristotelis definitione dubitatio. aperte ille in viro nobili requirit vim generandi filios ingenuos, & ut loquitur, ad virtutem faciles. Post Philosophum id etiam videtur Plutarchus astruxisse. *Quod si bonus, in-
quiens, quispiam sua sponte non habet eam vim naturæ, ut sui similes
procreare multos queat, non potest ab eo duci principium gentis alicuius.*

hæc

Plut. lib. pro
Nobi.

hæc ille habet in libello, quem pro nobilitate tutanda scripsit. Verum si maiorum dignitati facultatem etiam generandi annecti velimus, quæ alicui inesse debeat, ut perfectæ nobilitatis luce splendeat, subdubia res videtur. quasi verò nihil tibi profit ad nobilitatem, si cum patre adducas auum, atque proauum, claros in primis, atque splendidos, si ipse minimè sis potens filios procreare. Sed hoc pronunciatum si nulla explicatione illustretur, risum fanè cum suis auctoribus Plutarcho, & Aristotele, mouebit. inde enim conficeretur nobilitatis luce destitui, quibus arrisit vita cælebs à curis fere maximis remota. verè Comicus in Pœnulo.

*Negotij sibi qui vult vim parare,
Nauem, & mulierem hac duo comparato.*

*Plant. in
Pœnulo.*

Nam inter humanæ vitæ innumera incommoda, visum est graue onus, mulieris onus. Vnde vxorem in mare deiecit quispiam, iubente nauclero ob exortam tempestatem, ut quisque quæ grauiissima haberet onera deiceret in mare: scilicet caussatus nihil, quod grauius premeret, muliere habuisse. illud etiam legimus monitum.

*Qui potest vitare mulieres vitet, ut quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie.*

Plant. in Sig.

Romanus ille apud Gellium, & Plutarchum vxorem laudantibus lepidè calceum ostendit, qui tamen si pedi aptus, & compositus videretur, nescirent tamen, dixit, vbi premeret. Præsertim à secūdis nuptiis antiqua ætate valde abhorruerūt, imò odio eas contrahentium multæ leges latæ: quippe visæ sunt parum honestæ. Quærit Plurarchus in problematis causam cur non Virgines, sed viduæ festis, & publicis diebus veteri more nubunt? Inter cæteras hanc adducit rationem; quod felices faustæque sint primæ nuptiæ, secundæ verò tristes, ac detestandæ. vnde Virginibus decorum, viduis verò fœdum est multis præsentibus nubere. Dies verò festi adeo multitudinem distrahunt aliis remissionibus, ut his rebus minus commodè possit interesse. Planè Charondas prudentissimus Legislator ad secundas nuptias conuolantes infamia notauit. *Qui liberis, inquit, suis nauercam superinduxeris, eum neque ullo dignitatis loco, pretijve virum habeto: neque vlla ciuium consuetudine communicare, fruire sinito: quippe qui malum alienum rebus ipse suis intulerit. Si prosperè enim tibi coniugium primum fortè successerit, eo successu contentus conuiescito. Sin aduersum obigerit, idem malum secunda exploratione tentare velle furiosus est.* Hæc Diodorus

*Plutar. in
probl. c. 105.*

Diodo. Sicul. l. 12. Biblioth. extat etiam epigramma Græcum incerti auctoris.

Εἴ τις ἀπαρξήμας πάλι δεύτερος λεῖα δώματι,
Μανιχὸς πλώει δις βυθὸν ἀργαλέον.

Quod Thomas Morus Latinis numeris sic reddidit:

*Qui capit uxorem, defuncta uxore, secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.*

Quæ similitudo à Philemone Poëta Comico prodierat, ut refert loco laudato Diodorus. Imo decreta nostra canonica ex Diuo Augustino *nauigare* eos dicunt qui contrahunt matrimonium: tamquam utroque modo maxima pericula procreentur. Vnde in vno matrimonio non contentos, si res prosperè non cedat, rectè illud Mimi apud Gellium intorqueas.

Cap. nos nominamus. & ibi
Glos. 17. q. 2.
D. Aug. epist.
ad Bonif. 97.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

Anlus Gell. l.
17. c. 14.
Macrob. l. 2.
Saturn. c. 7.

Sed hæc sunt sano modo intelligenda, ut enucleatius tradunt quæ ea prosequuntur. multa enim dicuntur à Gentilium erroribus imbutis, quæ nostræ Religionis scitis, & decretis, vel culpam habent, vel requirunt interpretationem. Quod facit ad rem nostram. Antistites nostræ fidei tantum abest, ut cælibatum improbent, ut illum potius maximopere commendent, & ab Hæreticorum insania defendant. Verum nos redeamus vnde discessimus.

D. Ambr. ad
Virg. lapsam,
& de virg.
Cap. 29.
D. Hieron. l.
1. ignom.
D. August. de
bon. virg. c. 8.

Hæc etiam Aristotelica restrictione ab aditu nobilitatis excluderentur pueri, & senes non vna ratione bis pueri. nam Plautus de sene:

Plau. in Mer-
cator. & Tri-
mummo.

*Senex cum extemplo est iam nec sentit, nec sapit,
Aiunt solere rursus eum repuerascere.*

& alibi,

Hic est ille senecta ætate, qui factus est puer.

Plato in A-
xiocho.
Taci. lib. 3.
anp.

Hoc etiam docuit de senibus Plato in Axiocho. Carent certe defectu ætatis vi generandi, quo titulo lata fuit olim ab Augusto lex Poppea, quæ sexagenarios, quasi generandæ proli parum aptos, à matrimonio arcebat. Fuit deinde eadem lex sub Tiberio confirmata, seu potius temperata: licet utrumque contrarium debuisset experientia edocere. Ipsemet Aristoteles in Historia animalium in anno septuagesimo vim generandi masculis præfixit, foeminis in quinquagesimo: quamuis postea in illis ad sexagesimum quintum, in istis ad quintum supra quadragesimum restrinxerit. Neque eodem nomine in nobilium numerum veniret ordo amplissimus equester (Hierosolymitanos, seu Hospitalarios milites dico, qui

qui ex perfectæ Religionis præscripto ex voto vitam vouet cœlibem. neque huic ordini dat nomen legibus coniugij astrictus, eademque non ascribitur, qui vtramque nobilitatem, maternam scilicet, ac paternam tabellis, vt aiunt, obsignatis non probauerit. In his proinde non modo auitus splendor nunquam euanescit, verum etiam tamquam absolutum perfectæ nobilitatis exemplar intuemur.

Ab hoc tamen errore est dissentiens mens nostra, & definitio Aristotelis, qui in viro nobili vult inesse quidem vim generandi, non physicam tamen, vt interpretor, sed moralem: eandemque non actu, sed potestate, vt loquuntur Philosophi, desiderat. Hoc vnum scilicet rectè, appositèque ostendit clara ortos propagine cum auita, tum etiam sua debere gloria illustrari: sua inquam, nam si ipsorum virtus non eluceat, sed aliqua labe traditam à maioribus claritudinem inficiant, ignobiles censentur licet claris orti natalibus. Quo sensu, nec quidem absone, Athenodorus Stoicus asserbat generis claritatem contingere cuiuspiam posse, nobilitatem non item. omnes enim maiorum prosapia illustres, si flagitiosam viuant vitam, turpique actione se commaculent, in nobilium ordinem non veniunt. Quod etiam voluit Boëtius iis verbis. *Splendidum te, si tuam non habes, aliena prædicatio non efficit*: in consolatione philosophica. Verum Aristoteles, & omnes ij auctores à Platonicis fontibus hausserunt. *Gloria parentum*, ait Plato in Menexeno, *natis præclarus est, magnificusque thesaurus. vti verò pecuniarum, honorumque thesauro, & hunc ad posteros non transfundere, propria possessionis, gloriæ defectu turpe, & à viri generositate penitus alienum*. Quæ Marsilius Ficinus in hæc pauca, sed eiusdem succi plena restringit. *Maiorum splendor in filiis obscurus euadit, quando per ipsorum ignauiam in posteros non transfunditur*. Hinc verò fit, vt non possint isti tales filios ingenuos progignere, non quod vi generandi physica careant, sed potius morali, qua filiis ingenuitas tribuitur; nescio enim an ex patre de nobilitatis gradu eiectio nobilis filius oriatur, tametsi auum, proauumque, & longiorem repetat originem nobilem, ac splendidam. Sunt qui aliter sentiant in iudiciis, & disceptationibus forensibus, sed vereor ne illi fallantur si prosapiæ semel est succisa vena. In hoc planè sensu loquutus est Plutarchus, & rectè negat nobilis familiæ posse haberi auctorem, cui deest hæc virtus generandi. Requirimus ergo cum Aristotele in viro nobili facultatem procreandi filios, non quoscunque, sed ingenuos.

Boët. l. 3. de consol.

Plato in Menex. & ibi Marsi. Fici.

Ex l. 3. ff. de interd. & re leg.

Balb. dec. 29. Sess. dec. Arag. 4. & 6. Ann. consil. 17. & 19. Ant. Gama deci. Luc. 174.

ingenuos. quæ facultas non planè physica, sed moralis videtur potius dicenda. Neque etiam illud asserimus, nobilem non dici virum, qui in cælibatu vixerit, sed tantummodo contendimus; ita hunc sese gerere debere, vt suæ virtutis luce filios mirifice illustraret, si memoriam sui quam maximè longam, & diuturnam filiorum procreatione vellet efficere. Atque hunc asseri potest quam diximus vim. moralem generandi habuisse, si non actu, saltèm potestate.

Illud tamen non est negandum, maxima humanæ felicitatis portione virum destitui cui liberorum procreatio defuerit. nam in filiorum multitudine pars felicitatis potior ab Aristotele collocatur. nihil dulcius à Deo Optimo Maximo alicui precamur. Vnde Iuno apud Virgilium ad Æolum;

Aristo. lib. 1.
Rhet.

Virg. 1.
Æneid.

Pulchra faciat te prole parentem.

Tibul. eleg.

& Tibullus,

Ludat & ante tuos turba novellâ pedes.

Nulla enim res perinde parit gaudium, ac liberorum procreatio, adeo vt illa sublata nihil placeat, oblectetque. Testem laudo Euripidem, qui gratum ait esse mortalibus iubar Solis, amœnaq; visu æquora leui aura concitata, terram vernantem, aquarum scaturigenes, affluentem auri, argentique copiam, aliæque naturæ, ac fortunæ oblectamenta, verùm nihil gratius, & iucundius

Quàm cum carentes prole, cuius desiderio maximè tenentur.

Filiorum recens natorum lumen domi aspiciunt.

Tunc enim parentes lætitiis omnibus incedunt. Quod non est dubium quin proueniat ex insito in nobis à natura sempiternitatis desiderio; quæ cupiditas cum nobis insit natura nostra caducis, & interituris, non alia ratione efficit, vt perpetuemur, quàm per speciem vi, & munere virtutis procreatricis. Extat eiusdem rei aliud indicium. nam cum procreandi virtute careant quæcunque ex putri materie oriuntur, ne tamen omnino intereant, singulari prouidentia consuluit fœcunda rerum omnium procreatrix natura: causas nimirum vniuersales cœlum, caloremque cælestem iussit eorum propagationi inferuire. Hinc Callistratus definit. *Idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in auum relinquamus.* Quod fortassè ex Platone est mutuatus. *Gignentes, & alentes*, ait ille, *liberos vitam tamquam lampada alijs ex alijs tradentes.* Ab Atheniensium ludis similitudo est desumpta; in quibus is qui tenens lampada currebat, confecta

Callist. 1. lib.
berorū. ff. de
verb. signif.

Plato 6. de
legibus.

confecto cursu ei lampada tradebat, qui postea erat cursurus.

Quò & Lucretius respexit,

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Hic in coniugiis est finis attendendus, nō rei venereæ voluptas.

*Si cogitas, sunt verba Senecæ, libidinem non voluptatis causa homini datam, sed propagandi generis. Quod dogma etiam in Stoico Cato-
ne expressit Lucanus,*

Venerisque huic maximus usus

Progenies, urbi pater est, urbiq; maritus.

Sunt hæc effata philosophica ex Physicis deprompta. sed quia difficilioris quæstionis, inde hoc loco, quia extra chorum, de more abstinemus.

Hinc etiam legibus inuenta est adoptio tamquam subsidium nuptiarum, & solatium eorum qui filiis carerent. *Adoptio fortuna remedium est.* ait auctor controuersiarum. ne stirpes scilicet intercitant, nomenque ac memoria familiæ intereant. Vnde Filius Adoptatitius, ab eodem *insitius hæres* appellatur. Nam quemadmodum peregrinus surculus loco rami proprii solet inseri, ita per leges ciuiles inducta est hæc apposititia generatio, ut pro filio naturali homo sibi extrarium sufficiat. Pro adoptato *commodatum* filium vsurpat alter Seneca. *Paulus*, ait ille, *circa illos nobilissimos triumphos dies, quo victum ante currum egit Persen duos filios in adoptionem dedit, quos sibi seruauerat extulit. quales retentos putas cum inter commodatos Scipio fuisset?* Frequentes enim inter potentiores ciues fuere Adoptiones: de quibus pleni sunt Iurisconsultorum libri, & plura habet Agellius. Adoptandi vetus ritus in Hispania is fuit (rudem, sed insignem appellat Hispanus scriptor, à quo longiorem repetas historiam) quo Mudarra suorum septem fratrum, Laræ infantes dicunt, necem ultus, adeoque gentiliū gratiam promeritus noueræ etiam adoptione hac ceremonia fuit adauctus. *Nouerca*, sunt historici verba, *amplissimi indufij manica acceptus, collari etiam indufij capiti inserto, additoque osculo in familiam transijt. Ex eo more vulgare prouerbum manauit: Ingressus manica collari tandem egreditur de eo, qui ad familiaritatem admissus maiora sibi in dies sumit.* Narratio eruditis auribus sit data.

Hoc vltimum addiderim, filiorum propagationem, & multitudinem his, & antiquis temporibus maxime honorificam: quippe quæ redundet Reipublicæ bono, & ornamento. vnde

D. decernunt.

Lucretius l.
1. de re.na-
tura.
L.Sen.consol.
ad Elu.c.13.

M.Senec.lib.
2.controu. 11.
Indidem.

L.Sen.ad
Mart.c.13.

Agel.lib.5.
cap.19.

I.Marian.
lib.8.de reb.
Hisp.cap.9.

L.2. §. non
solum. ubi
Bar.& D.D.
ff. de excus.

timo. Bart. in
l. amicis. §.
Lucius ff. eo.
Ioannes An-
dreas in cap.
deceat de lu-
reitur. lib. 6.
Alexan. in l.
2. ff. de iur.
in ius.
Lin. l. 1. bel.
Maced.

decernunt leges, & sanctiones Cæsareæ non modo parentum, sed etiam Reipublicæ commodo filios nasci, ex iis enim illa cōstat, & dum alter alteri succedit *statum retinet immortalem*. Quare parentibus plurima indulta: immunitates munerum, ac vectigalium concessæ, tutelarum excusationes datæ, aliæque ab Imperatoribus honorificè decreta.

Lamprius. in
eius vita
Histo. tripar.
lib. 6. cap. 1.
Niceph. lib.
13. cap. 1. Ce-
dren. p. 251.
L. qui cum
vno. ff. de re
mili. cap. ex
parte de cor-
po. vitia.
Pro. qua re
Cælius Ro-
digin. lib. 11.
cap. 37.
Plato lib. 3.
et 6. de leg.

Non est etiam dissimulandum malè apud Veteres cœlibes, & semimares audisse. Scribit Liuius abominatos præcipue semimares fuisse ac in mare deportatos. Prohibiti olim honorum aditu Eunuchi: quos tertium genus hominum, nec videndum, nec in usu habendum appellauit Alexander Seuerus. A Iuliano palatio etiam fuere expulsi, & honoribus priuati. De Eutropio Eunucho loquens Nicephorus ait, *virilium exemptio purpura spem ei ademerat*. Lata lex à Theodosio ne quis Eunuchus patricia ornaretur dignitate. Aliæ leges à militia repellunt: Nostræ Pontificiæ arcant à Sacerdotio, & sacris functionibus interdiciunt. Quod attinet ad cœlibes: *Censores in ciuitate cœlibes esse prohibent*. ait Cicero ex lege duodecim tabularum. quod Plato in suis legibus multò antea iusserat. nec iniuria; nam coniugio non astrictus si sanctiora, & saniora non arripit consilia leuis est, & instabilis, indomitæ adolescentiæ vxor frena iniicit. Præterquàm quod cœlibes Reipublicæ prorsus sunt inutiles. Vnde multi ex Politicis

Virg. lib. 4.
Georg.

Ignauum, fucos, pecus à præsepibus arcant.

Dio lib. 59.
Ioannes Sto-
baeus serm.
42.

Respublica enim viris ad tutelam & ornamentum maximè indiget. Vnde Augustus olim animaduertens ob bella ciuilia exhaustam esse gentibus urbem, Romanos pœna à cœlibatu deterruit, præmio ad matrimonium inuitauit. Refert Dio in historia Romana. Verùm de nuptiarum laude plura habes apud Stobæum: ad quem præterea te remitto in suis sermonibus, vt animaduertas quàm malè in senectutem protrahant nonnulli nuptias. Neque etiam locus hic quærendi est, quæ prouectior in viro quàm in vxore requiratur ætas. Certè ex Euripide diuturnior est marium vigor. vnde Aristoteles decenarium annorum excessum prærequirit, ita enim procreationi consulatur, ne parum firma, verùm robusta nascatur. Quo pacto demum leue iugum, & coniugum suaue vinculum reddatur, vt inspecta corporis temperatura ex vtriusque complexione mutuus creatur amor, & concordia; pete modum ex Platone & Ficino in con

Plato in
Phædo: ubi
Fici. orat. 9.
c. 9.

in conuiuio, vel de amore. In infinitum excreſceret oratio ſi cuncta proſequeremur.

Multi hac tempeſtate (quod non eſt ſilentio tranſeundum) è viris nobilibus præſertim cœlibem exigunt ætatem, quod vxores diuites minime nanciſcantur. Ambitionem, an cupiditatem opulentæ dotis dixerim nescio, an vtrumque. iſti plane qui mediocri dote non contenti abſtinent à nuptiis, maximo adiumento priuant bonum publicum: potior enim publicæ rei, & felicitatis pars in numeroſa iuuentute conſtituitur. *Vnde nuptiarum cauſſa utilitas Reipublicæ fuit.* ait Marcus Seneca, cui lex Cæſarea ſuffragatur.

Quam ob rem multæ gentes, vt huic malo obuiam irent, modum dotibus lege præſcribere. Refert Poſtellus libro de magiſtratibus Athenienſium apud Venetos fuiſſe ſtatutum, ne quis etiam ex ordine patricio vltra ſex millia aureorum in dotem filiaæ conferret. id etiam lege cauit in Caſtellæ regnis Carolus Auguſtus: quod iterum edixit hoc anno Philippus IV. Hoc remedio bonam nobilitatis partem potuiſſe ab interitu, ad quem eo morbo ſpectabat, vindicari vel in opulentiffima Italiae vrbe memini frequenti Senatu fuiſſe agitatam. Quæ Principum leges de dote moderanda tantum abeſt, vt libertati in contrahendis matrimoniis requiſitæ officiant, vt potius illi fauere omnino ceſſeantur. nam hoc pacto faciliores, & frequentiores non ſine commodo boni publici nuptiæ inirentur.

Verùm dum viri nobiles bene nummatas vxores quærunť, aliud quod ſibi pariunt malum non aduertunt: cum vxori opulentæ ſeruiliter, & illiberaliter cogantur deſeruire. *Dos ampla,* ait Ariſtoteles ad Nicomachum, *in cauſſa eſt vt viris mulieres dominantur.* Cui eſt adſtipulatus Marcus Seneca. *Omnes vxores diuites ſeruitutem exigunt. & inſolens malum eſt beata vxor.* ex quo etiam prodiit vulgatum illud,

Intolerabilius nihil eſt quàm femina diues.

Vnde Demenetus ſenex apud Plautum in Aſinaria libertatem ſuam deplorans, ait,

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

& in Aulularia,

Nam qua indotata eſt, ea eſt in poteſtate viri.

Dotata maſtant, & malo, & damno viros.

Quam ob rem ea præcepta Solon, Plato, Ariſtoteles præſcribere.

D 2 Solon

M Sen lib. 6. contron. 5.

L. 1. ff. ſolus.

matrim.

Poſtel. lib. de

Magiſtr.

Athen.

Carolus V.

Pragmatica

ſeſſione edita.

Madridi Ca-

lendis Mar-

tij 1623.

lanua.

Couar. 2. p.

Epit. cap. 3.

§ 9.

Rebell. de

juſt. oblig. 2.

p. lib. 5. q. 8.

ſec. 1.

Ariſt. lib. 8.

Eth. cap. 10.

M. Sen. lib.

1. contron. 6.

Plaut. in

Aſin.

Idem in Aul.

lib.

Plutar. in
eius vita.
Plat. dialog.
5. de leg.

Arist. lib. 6.
Polit. cap. 7.

Solón primùm, ne quid mulier præter tres vestes, & parui quædam empta vasa in mariti domum afferret fanciuit: vt auctor est Plutarchus in eius vita. Plato deinde ferendam esse legem in bene constituta Republica decernit: nõ cui dare, vel accipere dotem liceret, tametsi aliqua moderatõe in sexto dialogo sit vsus. Demum reprehendit Aristoteles Lacedæmoniorum legem, quæ amplas dotes permittebat: cum melius ex eiusdem sententia fuisset aut nullam, aut paruam, aut mediocrem esse constitutam. Sed quas superiùs de dote moderanda leges exoptauimus, consequi deberent leges sumptuariæ, adamantinæ illæ quidem, & diu perennaturæ, nulla Principis indulgentia antiquandæ: etenim vxorum sumptus, & impensæ sunt in causa, vt viri immoderatam dotem appetant. illæ quidem luxu, & fastu meliorem dotis partem ingressu primo exhauriunt.

Nobilitas Paterna, an Materna splendidior? Pro utraque parte rationes. Perfectam ex utraque, sed præferri primam natura docent, & instituta. An filiorum Nobilitate splendescat Pater? Frater Fratris? Vxor viri? Nobilitas descendat, an ascendat?

C A P V T V I.

Plutar. l. pro
nobili.

INIQVAM olim inter duos fratres controuersiam ortam memorat Plutarchus; alter enim maternam, paternam alter nobilitatem propugnabat. quod certamen ne armis quidem æquoue iudicio fuit compositum. Nos hanc litem non iniqui iudices dirimere tentabimus. Hæc sunt in parte matris.

Si naturam sequi velimus, & generationis modulo aliquo pacto nobilitatem dimetiri, sine controuersia materna nobilitas paternæ adæquabitur, si non præferetur. Præbet enim mater foetui coagmentando materiem; si deinde ex vtriusque parentis semine permisto cum sanguine non impuro, sed defæcato foetum medici compingunt, suum & ipsa mater, licet demus minus efficax, effundit semen. ex qua verò materiei parte potissima coalescat foetus, & an vterque parens per vim seminariam actiue,

Lege D. Augusti. lib. 83.
quest. q. 56.
D. Thom. 3.
p. q. 31. ar. 5.
Caieta. 2. 2.
q. 154. a. 12.

actiue, vt loquuntur philosophi, concurrat ad generationem, in præsentia definire non laboro. itidem si contendas à Patris semine qualitates quasdam imprimi ad nobilitatem, id est, nobiles actiones apprime conducentes, hanc ipsam virtutem matris vis seminaria obtinebit, cum non inueniantur pauciores, qui matris, quàm qui patris faciem, moresque referant. *Socratem suscepisse*, ait Seneca, *liberos indociles, & matri quàm patri similiores*. Aristotelis sententia foemineo sanguini omne tribuit alimentum, dum in foetu componendo, & coagmentando masculum semen sola artificis vult vice fungi.

Plutar. l. de
cla. mul. c. 9.

Herodo. l. i.

L. i. ff. ad ma
nicip.

Bald. in l. fin.
C. de ser. fr.
gi. c. fi. de ser.
non ordin. c.
i. de natis ex
libero ventr.
ex l. & ser.
uorum. ff. de
stat. hom.

Arist. lib. i.
Rhet.

Si ad historica deflectamus, non defuere qui suum genus ab auiis, & matribus repeterent. Cautum fuit olim apud Xantilios Lyciæ populos, ne à patribus familiæ nomen nati vsurparent. imò Lycia vniuersa, teste Herodoto, seruauit, vt omnes sibi nomina à matribus imponerent, & maternum proferrent, de genere interrogati. *Quid, quod lege Cæsarea est tributum, vt quis maternam originem sequatur, & maternæ originis sit municeps?* Verba legis recitabo. *Illiensibus concessum est, vt qui matre Illiensi est, sit eorum municeps: etiam Delphis hoc idem tributum, & conseruatum est. Celsus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij magni competere, vt qui Pontica matre natus esset, Ponticus esset. hætenus lex; imò vt de medio omne tollat dubium, præterea subdit. Quod beneficium ad vulgo quasitos pertinere quidam putant: quorum sententiam Celsus non probat (nec iniuria improbauit.) Neque enim debuisse caueri, vt vulgo quasitus matris conditionem sequatur: quam enim aliam originem hic habet? sed ad eos qui ex diuersarum ciuitatum parentibus orirentur. Adde quod vulgatum est illud; Partum ventrem sequi, ac maternam conditionem in primis sectari. Tribus verò temporibus filio prodesse matrem ait Baldus. nam primùm si ipsa solùm conceptionis die mater libera extiterit, licet deinde cadat in seruitutem, libertatem adhuc natus adiungitur. Secundum est partus & natalis tempus. nam si mater quo postremo demum tempore foetus lucem aspicit è serua in libertatem vindicetur, liber ille manet. Tertium est inter hæc duo inieriectum tempus, etenim tametsi serua conceperit, serua pepererit, solum libera interiecto tempore extiterit, liber adhuc filius suscipitur. Quod denique neque ab Aristotele est alienum, qui tum virorum, cum etiam mulierum ornamentis vult familiam illustrari, & ex alterutris illustribus, & ingenuis nobiles pro-*

creari. Passim apud Poëtas muliebri genus celebratur. Poëta:

Papin. lib. 3. ille:
Syll.

*Sed quicquid patrio cessatum est sanguine, mater
Reddidit.*

Cic. Phil. 3.

Si qua testimonia desideramus, non tam maternum, quàm paternum genus, & nomen in Bruto laudat Cicero. de utroque æquè est Cæsar gloriatus, maternum à Regibus, paternum à Diis repetens, ut cætera superbè. neque aliam Antonius inussit Octavij nomini notam, quàm quod ei Aricina mater esset ab Aphrica oriunda, cuius maiores vnguentariam tabernam, & pistrinum exercuissent. Fœmineum certè genus non est sua laude defraudandum ob res præclare gestas, ac fortia facta. Floruit maximè apud Scythas, qui bellicosi, & imperio potentes. *Nec virorum imperio magis, quàm fœminarum virtutibus clauere, habet Iustinus. adeo enim Amazonum virtus sese extulit; ut bene perpendiculari, incertum sit uter apud eos sexus illustrior fuerit.* ut idem pro testimonio habet Iustinus. A Platone admixtæ sunt mulieres ad munia Reipublicæ. apud Germanos habitæ in pretio: quarum consilio, si fides Tacito, cuncta fœria agebantur. in Christiano orbe pleraque Regna, imò etiam in vetere Asiatico successione hæreditaria fœminæ imperia vfurparunt. *Receptum, solitumque in Asia iam inde à Semirami etiam fœminas imperium in*

Iust. l. 2.
Plato dial.
5. de republ.

Taci. de mor.
Germ.

De fœminarum imperio
agit Stephanus
Forcanus
Iurifconsultus
Gallus.

Plutar. l. de
clar. mulier.
Iust. Lip. l. 1.
Poli. cap. 17.
in not.

Idem in mon.
Poli. cap.
7. & 8.

viros exercere: ait Arrianus. Nec desides ex illis in pace, & in bellis extitere. multas enim legimus fœminas ad prudentiam, & virtutes fuisse factas. ut præteream antiquiores, de quarum præclare dictis, & gestis libellum Plutarchus confecit, instar omnium sit Isabella Castellæ Regina, cui Hispania, ut eruditus vir observat, in parte debet Consaluum, Canarias, novum orbem, eiectiones Mauros, & hanc quam cernimus amplitudinem. leniter enim illa ad hæc illustria facta maritum Ferdinandum non æquè altum, ac felicem impellebat. hæc in publicis. In privata vita haud deterior: ingenuis artibus, ac litteris adeo memorant deditam fuisse, ut ætate prouectiore sermonem Latinum didicerit: nec Latina solum capiebat, sed vertebat ipsa in suum sermonem. Sacris etiam, narrat Lipsius, & diuinis officiis cum interesset, lapsantes, aut vel in syllaba peccantes sacrificos advertebat, sed & sæpe admonebat. In morbis nunquam ferunt animum despondisse: in partu sic magnanimam, ut vocem vix emisit. Exemplum fœminæ rarum appellandum, quicum nescio comparari.

parandum. Antiquioris etiam temporis commendatur Eleonora Arborea Hugonis soror, qui suorum coniuratione in Sardinia interemptus. nam virili animo foemina ab Aragoniis imperium recuperavit, ultaque fraternam caedem oppida, arcesque qua vi, qua voluntate in deditioem redegit. immota plane mariti precibus. Is erat Brancaleo Doria ob id ab Aragoniis custodiae, & carceri additus. sub ea demum conditione pactum initum, ut ipsi & posteris Arboreae Principatus concederetur.

Hae, & alia, quae de mulieribus cum laude possent dici, firma videntur, quae in paternam nobilitatem faciant impressionem, eamque si de loco non concedere, saltem pari gradu cum materna incedere compellant.

Verum haec partem patris non infringunt. *Nempe patrem sequuntur liberi.* legisse memini apud Liviū orta olim contentione, ut inter Patricias, & Plebeias familias matrimonia inirentur. Quasi vero filij, neque illustres, neque obscuri materna conditione efficiatur. & ex legum perito etiam Vlpiano *mulier familiae suae caput est finis.* id certe nemini debet esse dubium. Etenim perperam esset istud à Iurisconsulto pronunciatum; si foeminae Matres familias propriam, nedum illustriorem, ducerent familiam. quin etiam cum per in manus conventionem, ut ait Aulus Gellius, in manu essent mariti, mancipioque in mariti familiam transfreta, una cum eodem domo, familiaque concludebantur. unde cum familiae duces, & principes non essent, consequens fuit, mulierem eius familiae, in qua nata est, & caput esse, cum scilicet videtur facere initium, & finem esse, cum filij ex ea legitime procreati Patris, non Matris familiam sequantur, paternaeque familiae nomen gerant, non maternae. Haec res egregie confirmatur sententia Antiscij Labeonis, quae in quarto ad Edictum libro scripsisse auctor est idem Gellius. *Soror appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & ad aliam familiam transgreditur.* Similia sunt quae habet ipsemet Gellius: *Matrem familias non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venire.* Sed ratio potissima, cur foeminae propriam non ducant familiam, ea est, quod monstrum ex hac re videatur Iurisprudentibus consulari: etenim si muliebris sexus non minus quam virilis inter familiae duces posset numerari, necessarium esset duo capita in uno corpore contineri: unamque domum ex duabus, & diversis familiis

1. Marian. l. 12. de reb. Hisp. cap. 2. & 11.

Liv. lib. 3.

L. Pronuntiatio. §. mulier. de verb. sign.

A. Gell. l. 18. c. 6.

L. Pronuntiatio. §. mulier. ff. de verb. sign.

A. Gell. l. 13. cap. 10.

Idem lib. 18. cap. 6.

*L. Inter agna-
tos. ff. unde
leg.*

*L. nemo duo.
ff. de Reg. iur.*

*L. nulla fœ-
mina. ff. de
fuis & legis.*

*Leg. Incob.
Renard. l. 2.
Var. c. x. ex
Cic. pro Mur.
Boët. in Top.
Vlp. Apul.
Terent. Cle-
men. & aliis.
L. non potest.
ff. de Reg. iur.*

*A. Gell. l. 18.
cap. 6.*

*Plutar. in
Pericle.
Fenestel. de
magist. Rom.
cap. 7.
Gell. l. 5. cap.
12.*

miliis constare. vnus paterfamilias ex virili sexu esset auctor, alterius materfamilias ex sexu fœmineo esset princeps. Hinc aliud absurdum apud Iurisconsultos consequeretur: nimirum hac ratione fratrem matris, id est, Auunculum mihi fore agnatum respectu familiæ maternæ, quomodo patruus respectu paternæ verè est agnatus. At apud eosdem recepta est ea conclusio, quod ius agnationis ad fœminas non transeat. ex quo iure constat omnis propagatio familiæ. vnde præter merum ius sanguinis, siue cognationis nihil aliud ex sua familia Mater transfert. Agnationis verò ius transferre nequit, cum ipsamet illud non habeat: quod occasionem dedit Regulæ: *Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habeat.* quo axiomate aliud Vlpiani allatum explicatur. Addi præterea dictis potest id, quod Caius scripsit. *nullam fœminam aut habere suos hæredes, aut desinere habere propter capitis diminutionem.* Dux vero sunt rationes cur fœminæ suos hæredes non habere à Iurisconsulto dicantur. Prima est adducta illa, quod fœminæ nullam ducant propriam familiam. Altera est, quod mulieres cum esse solerent in perpetua tutela, idcirco liberos non habebant in potestate, & quod ex hoc consequitur, neque hæredes suos: sui enim dicuntur, qui sunt in sua potestate. noluit ergo Caius fœminam, suos hæredes cum non habeat, neque desinere habere propter capitis diminutionem. Haberi siquidem non desinit, quod nunquam habuimus. Capitis vero diminutio ea intelligitur, quam ex Cicerone in Topicis, & eius interprete Boëtio didicimus, quod *fœmina, si in manus conuenissent, recederent à tutoris potestate, essentque capite diminutæ.* quodque ex Aulo Gellio, vt vidimus: *per in manus conuentionem in manu essent mariti, mancipioque.* ex quibus patet Matres re vera non facere initium generis illustri & familiæ. Vera tamen ex parte sunt quæ de materno genere prædicantur, si nobilem perfectum omnibus partibus ob oculos ponere velimus. Quis enim adducat in controuersiam, ad absolutam, & perfectam omnibus partibus nobilitatem debere hominem de vtriusque generis splendore gloriari? non dissimile fuit illud Periclis decretum Athenis: Atheniensem solum haberi, qui ex vtroque parente Atheniensi fuerit genitus. nec Romæ Vestalem cuius alter parens in sordido ministerio fuerit versatus, voluit capi Labeo apud priscos magni nominis Iure consultus. Demum cum iubet Plato in suis legibus sacerdos

sacerdotem, qui sit natus ex patre, & matre, præter cætera, conditione non dissimili. itaque inficias non imus conferre ad generis splendorem maternam claritatem, adæquari cum paterna prorsus negamus: si hoc nimirum veniat in contentionem, ut quis maternam, paternam alter extollat nobilitatem.

Natura nostræ fauet opinioni, quam qui contra sentiunt habent aduersariam. etenim ex naturali modo genituræ quæ adducuntur rationes faciunt pro parte patris, ut tradunt qui subtilius hæc naturalia pertractant. Quid aliud præterea ex Aristotele habetur, quàm ingenuarum fœminarum virtute genus illustrari? quod ultro damus, & libentes, volentesque fatemur. Planissimè rem nostram in libris de Republica definit. ubi masculum quàm fœminam (*nisi, alibi ait, contra naturam confiteris*) natura voluit principalem: ut hoc negare stolidi sit, & insipientis. vnde fortasse docuit fœminam primum monstrum exitisse in natura. monstra enim sunt veluti naturæ excursus, *παρεργα*: voluit ille, quem sequitur Galenus, naturam semper in generatione intendere marem, prolabi verò, & ab instituto aberrare vim seminis formatricem, si fœminam procrearit, quam proinde quasi naturæ prolapsionem dicunt, animal *πεπονημένον*, mutilum, occasionatum, accessorium. Sed hæc rectène an secus dicantur est medici negotium.

Arist. lib. 1.
Polit. cap. 8.

Nos Iureconsultos, qui melius in re nostra possunt iudicare, iudices sumere non refugimus. Pro nobis illi pugnant fere quotquot sunt. in lege quadam interpretanda nostram mouit quæstionem, & pro nobis Baldus stetit: propterea quod mater passi, agentis pater vicem gerat: illa sit ut materies, hic ut forma. ex quo deducunt, materni generis splendore filios non illustrari, si pater fuerit genere obscurus, à quo potissimum volunt illud lumen provenire. Neque nos de sententia deturbet. lex unica peculiari priuilegio aliquibus irrogata. nam ut legem lege confodiamus, *Priuilegia singularia communem legem facere non possunt*. Adducunt etiam ex Iurisconsultis, & Cæsareis decretis conditionem ventris partum sequi. sed ipsimet in hæc respondent obiectioni: multa filiis indulgeri, & à legibus concedi fauore, & amore libertatis, qua in humanis nihil extat carius. cæterùm res obtinuit, ut in muneribus, honoribus, dignitatibus, & municipiis partus patrem sequeretur, matri nequaquam adhereret: neque enim ab ea voluere deriuari ea ornamenta, quæ ipsa

Bald. in l.
ult. C. de ser.
fugit.
Glos. in cap.
vbi cūque da.
pænis. in 6.

c. non. exem-
plo. 26. q. 2.

Bar. in l.
nullus. C. de
decu. lib. 10.
Glos. in cap.
dicat aliquis
32. q. 4.

E minime.

minimè potuisset obtinere. Quin etiam, quod non semel dixi, nobilem eum non censent, qui solius maternæ nobilitatis prærogatiua gloriatur. eaque quippe dignitas visa est à nobiliori principio promanare: cuiusmodi non est mater, quæ solum passim

Bald. in l. fin.
C. de ser.
fugitiuis.

Hofst. Ioan.
Andreas in
cap. Rinnu-
tius, de testa.
Tiraquel. de
nobilit. c. 18.

partes agit, pater verò agentis vicem obtinet. Notant ipsimet legum pèriti, ac maximè carpunt quos adegerit ambitio patris stemmata repudiare, materna verò ut pote nobilioris familiæ usurpare. Demum si ad Naturam redire velimus, ipsa fecit non obscurum indicium, qui sit ipsius in hoc negotio sensus. quædã enim quasi symbola maribus, & nō fœminis insculpsit, ut dignoscerentur qua essent familia progeniti. Seteucus quasi stemma Gentilitium anchoram in femore è matris aluo gestauit;

Iust. l. 15.

Diodorus Si-
cul. l. 2. Bibli.

longiorem historiam repete à Iustino. *Filij nepotesque eius anchoram in femore quasi notam generis naturam habuere.* idem scribit Iustinus. Mirum est quod de nonnullis memorant populis, qui cum promiscua Venere utantur, communesque habeant vxores, in patris effigie filios agnoscunt. Qua naturæ solertia inspecta edocemur, sicuti à patribus hæc symbola in filios transmissa, ita generis, gentisque nomen præcipuè ab iisdem deriuari.

Sed an nobilitas præter filios alios illustret opportuniorem locum non videmus. An filiorum nobilitate splendescant patres, paucis videamus.

Nobilem patrem non censemur licet plurimos filios virtute, rebusque gestis claros progenuerit. etenim in patre nobilitas non modò perfecta, verum ne adumbrata quidem reperitur. eius enim est conditionis & naturæ, ut descendat, non ascendat. at inchoatur in aliquo familiæ auctore, in posteris augetur, & perficitur. Quamobrè si nullum pater acceperit à maioribus ornamentum, nescio an aliqua nobilitatis luce enituerit. quæ in filio splendet, & elucet, tota illa filij est, quanta est. Iureconfulti in meam abeunt sententiam: imò definiunt in quæstione nobilitatis pro filio fuisse iudicatum, patri non prodesse. improbant enim in ea illum ordinem retrogradum. Vnde nobilitas descendit, non ascendit.

Anton Gam.
decij. 112.

Verum si ab Senecæ iudicio esset standum, filiorum claritate parentes reddi illustriores, deberemus habuisse persuasum. *Sunt, inquit, qui parentes suos ex infimo ad summum protulerunt, & à plebe, acernoque ignobili nunquam tacendos sæculis dederunt.* idemque paulo supra dixerat, *Filios nobiles maiorem nobilitatem parentibus*

Senec. l. 3. de
benef.

tibus nobilibus adijcere. Neque verò Olympiadem Æacidarum gentem illustriori titulo illustrasse commendat Iustinus, quàm Alexandri filij claritate. Apud eundem omni Regno pulchrius Regis esse patrem Ptolomæus primus Rex Ægypti pronunciauit. multorum parentum nomina, quæ recensuit Plutarchus, historiæ tacuissent, neque in ore, & memoria hominum nunc versarentur, si illustres filios non edidissent. quorum egregia facinora, totiusque vitæ cum laude curriculum confectum dum memoria vsurpamus, in partem harum laudum ipsimet veniunt parentes. Sed hæc omnia cò tendunt, vt significant splendorem filiorum esse parentum nomini singulare ornamentum, quod vtique non inficiamur, quibus illud Ciceronis aptè quadrat. *Marcus Cato sententiam dicit, huius nostri Catonis pater. vt enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progeniuit, ex filio est commendandus.* & huius notæ sexcenta alia inuenies. non parum enim gloriæ ex dignitate filiorum parentum nomini solet redundare. Extat alicubi in iudiciis decisum, patrem cæteroqui genere obscurum ob filij Antistitis dignitatem carceri non addicendum, parique cum voluere cum nobilibus præiulio gaudere. sed hæc tribuuntur dignitati. Illud obiter dixerim, prosperum illum filiorum in virtutibus progressum, certissimum esse indicem bene institutæ adolescentiæ, atque ad omnem virtutem parentum cura informatæ.

*Iusti. lib. 12.
c. 16.*

*Plutar. lib. de
procre. sob.*

*Cice. l. 3. de
Off.*

*Anton. Gam.
dec. 12.*

*Plaut. in Min.
lite glorios.*

Ille laus est magna in genere, & in diuitiis maximis

Liberos homines educare generi monumentum, & sibi.

Hac filiorum claritate procul dubio parentes cohonestantur, perfectam tamen nobilitatem nequaquam assequuntur. Diuidemus etiam an frater fraternæ nobilitatis fiat particeps, quæ dubitatio ad alios potest extendi, qui ad originem ramis quibusdam, & non directis, sed intercurrentibus lineis possunt pertinere. Fratres ergo, alii que qui, vt dixi, à Generis Principe, & Auctore non deriuantur, tametsi cum illo gentis eiusdem origine censeantur, generis tamen prærogatiua, si genus strictè sumatur, nequaquam gloriantur. Huc enim referenda est antiqua Gentis, Generisque differentia ab veteribus Iurisconsultis excogitata. Etenim Iure Ciuili omnis sanguinis coniunctionem in Gentem, & Genus diuisere. Genus tantummodo ad Ciuile principium Gentis trahere solebant, ea scilicet adiecta conditione, vt in linea directâ duntaxat versaretur. vnde Generis

E 2 appella

appellatio ascendentes & descendentes comprehendebat, exclusis aliis, qui ex linea transuersim ducta ad originem trahebantur. Antiquum cuiusdam Inscriptionis fragmentum in huius rei probationem adduci solet, quæ de hortis legatis illa habet. *Excepitque ne quis eos venderet, sed per genus ipsorum possessio curreret, vel per Atnatos, vel manumissos.* Hoc præterea ipsamet nominis notatio declarat: Genus enim deriuatur à genendo; quod verbum idem veteribus Latinis erat cum gignendo. vnde eos tantummodo (nisi improprie loqui velimus) generis appellatione volunt venire, à quibus nos gignimur, vel qui à nobis sunt geniti. Hanc generis, gentisque differentiam præ oculis habuit Papinianus cum dixit. *Quoties quaritur Genus, an Gentem quis haberet, necne, cum probare oportet.* In eodem sensu genus à Symmacho vsurpatur in commendationem alicuius. *Genus eius, inquit, Senatorium est: mens, & modestia origine sua, ac stirpe maior.* Quare fratres, aliique eiusdem ordinis Nobilitatis non possunt esse participes: nam ab eo auctore illa deducitur, à quo promanat genus, in quo illi non recensentur, licet altiore originem, eandemque gentem communem agnoscant. Habet enim gens quælibet multas variasque domos, siue stirpes (tot nimirum, quot numerantur in vnaquaque Patresfamilias) è quibus diuersa genera constituuntur. Ideo potest aliquis ex eadem gente esse, licet non sit ex eadem domo, stirpe, & genere. Præterea hoc illustratur definitione Gentilium, quam ex Scæuola apud Tullium in Topicis superius adduximus. in qua Gentiles esse dicuntur, quorum maiores seruitutem non seruierunt, at maiores alij explicant, vt vidimus, vel supra Tritauum, vel saltem Patrē, Auūque eo nomine comprehendunt. Demum frater à fraterna nobilitate ea ratione excludetur, qua Pater à filiorum claritate; licet cum filiis sit eiusdem Generis. in vtroque enim perfecta nobilitas suis aucta incrementis non potest reperiri. Non tamen est omnino negandum, quin fratres aliquo modo mutua claritate illustrentur, & vniuersæ cognationi lumen aliquod impertiant. vt in numeris minores additi maioribus, eos multiplicant, & vicissim multiplicantur ipsi: sic frater obseruiens fratri euecto ad honores, & auget illius dignitatem, & vicissim ornatur illius splendore, ait Plutarchus in moralibus.

L. quoties. ff.
de Probat.
Symm. lib. 2.
Epist.

U. mulieres.
C. de dign.
lib. 12.

Quod attinet ad vxores Imperatorum placito est constitutum, vt mulier viri conditionem sequeretur. *Mulieres honore marito*

maritorum erigimus : genere nobilitamus : & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. ita decernunt Valentinus, & Valens. Passim leges aliæ occurrunt, quæ mulieres illustres, & clarissimas, si viris nupserint clarissimis, appellant. Quam nobilitatem cum cæteris ornamentis, si qua viuens vir habuerat, eo retinent præmortuo. hac tamen lege, & conditione, donec

Sustinet in vidua tristia signa domo.

Ouid. lib. r.
Eas.

Si deinde pudicè, sanctè, honestèque viduam vitam vixerit. si demum, quod in primum recidit, ad viliores nuptias non descenderit. Si autem, aiunt quos dixi Imperatores, *minoris ordinis virum postea sortita fuerint : priore dignitate priuata posterioris mariti sequuntur conditionem.* hætenus illi. contrà verò vxoris claritudine vir non illustratur : nam licet præsidio pecuniæ nobiles nuptias contrahant plebei bene nummati : attamen vera sunt illa Euripidis,

Hæc sola pecunijs comparari non possunt,

Generositas, inquam, & virtus.

Eurip. apud
Stobæum serm.
85.

Multi tamen ob vxorum nobilitatem tumidi incedunt: sed hoc aliunde prouenit, nempe ex opinione, quam de se ipsis elatam nimis concipiunt, dignos scilicet fuisse habitos quibus illæ adiungerentur.

Nobilitas an ad omnes filios emanet? Ante partem nobilitatem susceptos, Adoptiuos, Illegitimos? Hi an possint esse familie proauctores.

CAPVT VII.

ER TVM est, ratumque apud omnes, paternam nobilitatem ad natorum natos, eosque qui ab illis enascuntur, peruenire. quicquid dixerit Bartolus, Autum scilicet splendorem ultra pronepotem euanescere, si nulla dynastia, dominatus, aut præfectura ex stipite familiæ iure hæreditario posteris obueniat. hac enim ratione non maiorum illustri genere, sed peculiaris dignitatis prærogatiua illustres haberentur. quas esse distinctas nobilitatis differentias inferius probabimus: nam in dies intuemur homines natalibus obscurqs, dignitate tamen

Bart. in l. r.
C. de dign.
lib. 12.
V. Tiraquel.
de nobili. c.
15.

E 3 claros:

claros: siue ea temporaria sit, siue hæreditaria. vnde cum communi hominum placito teneamus, ad omnes filios, eorumque posteros plures, atque plures paternam claritatem deriuari: & quò longiore propagine diffusam, cò familiam illustriorem. Quod in scientia ciuili rectissimæ rationi est consentaneum. nam si filius cùm Patri est superstes in bona externa lege agit, cur nobilitas primum inter hæc sortita locum, atque hæreditatis potior pars ad eosdem non perueniat? vel Comicus hæc vidit.

Plau. in Fen.

Paterna oportet filio reddi bona.

Aequum est habere hunc bona, qua possidet Pater.

Cice. 1. de
Offic.

Parentum laudes filiorum nomini redundant. *optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior gloria virtutum, rerumque gestarum:* verissimè dixit Cicero. cum enim filius portio, & quodammodo pars paterni corporis dicatur; imò pater, filiusque natura eadem pene persona intelligantur, non aliam filiorum, quàm parentum conditionem censendam aduertunt, & præscribunt leges. Hinc Philosophus moralis, & Theologus cum filium respiciant tamquam partem, atque semen à paterno corpore decisum, aliud à politico, herili, & coniugali coguntur ius (nempe paternum ab iis tribus distinctum) constituere. Sed lucernam accendit in meridie, qui rem per se clarissimam pluribus probauerit. Hæc sunt certa. in controuersiam tamen veniunt Filij ante parentum nobilitatem procreati, & cum his Adoptiui, & Illegitimi. de singulis hæc habe singulatim.

Prima difficultas illa secum traxit apud legum peritos & grauem & perplexam dubitationem. An Regni, Imperiique hæreditas pertineat ad filios susceptos ante Regnum adeptum, occupatum, acquisitumque à Patre, an verò ad enatos post dominium in diuersas trahuntur partes. Sanior, quam teneo, sententia est: filium susceptum ante dominatum lege agere in paternam hæreditatem, paternæque fieri nobilitatis, & Regni à morte Patris hæredem: siue Patri ad regnum successio, siue electio, siue alia quæcunque via aditum patefecerit. quod vltimum dixerim, ne sentias cum nonnullis, qui firmam censent & constantem hanc sententiam in successione; non itidem si pater electione ad Regnum fuerit euocatus, aut propria virtute rerum, regniq; potitus. Ratio nostræ opinionis vnica, & expedita est,

est, quod is Regis filius dicitur simul ac Pater adeptus Regnum regnare occœpit. idem de nobilitate sensus erit, nam cum primum aliquantulum claritatis Pater sibi peperit, eadem filios illustrat, & ignobilitatis tenebras discutit. *Nec interest in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem senatoriam*, ait lex definiens qui Senatoris filius dicatur. cōtra cum de nobilitate amittenda, inferius docebimus eadem moti ratione, non modo filios nascituros, sed etiam natos ante crimen, scelusque paternum, eadem, qua pater notatur infamia, suggillari. Quod facit ad rem præsentem, reprehenditur Herodes Alexandro, & Aristobulo Alexandrum prætulisse, quem post regnum adeptum susceperat. Quamvis olim pro Xerxe fuerit diiudicatum orta lite inter ipsum natu minorem, sed à Patre post susceptum Imperium progenitum, & Artabazanē fratrem natu quidem maiorem, sed natum ante Regnum acquisitum. pro Xerxe pugnabat Lacedæmonius Demaratus id Spartæ fuisse in usu asseuerans. attamen processu temporis in eodem folio aliter fuit lis diiudicata, Plutarcho auctore nostræ opinioni subscribente. Etenim Darij vxor præferri in regno cupiebat Artaxerxi natu maximo, Cyrum ætate minorem: *Vtebatur verò non sane probabili, ut ipse ait Plutarchus, ratione, qua olim Demarato auctore Xerxes priscus fuerat usus. non tamen illa obtinuit, quin qui atate antea Rex constitueretur.* in vtramque partem multa in historiis suppetunt exempla. licet potius in iis controuersis inspiciatur quantum arma valeant, quàm quod æquitas expostulet.

Ad Adoptiuos gradum faciamus: an ad eosdem splendor transeat. Paternus. videtur hanc difficultatem lex expedire. *Senatoris filium debemus accipere, non tam eum qui naturalis est, verum adoptiuum quoque.* Sed licet tribuant leges priuilegia irrogata veris, Adoptiuis etiam filiis; nos tamen, qui non tam ad legum placita, quæ mera sapiunt Principum indulta, ac dignitatis priuilegia, conformamur, quàm ad id quod in re morali rectæ rationi est consentaneum, ab hac opinione recedimus, quam multi ex ipsismet legum peritis deseruere, nam filio adoptiuo non obuenit, ut legitimo ea sanguinis propagatio, qua ingenuitas sanguinis ad posteros emanat. vnde hac in re, ut etiam in subsequenti dubitatione, distinguere oportet; nobilem ex priuilegio alium esse à nobili ex origine. ad hanc enim Princeps, & lex non se extendunt, illam de facili concedunt.

Restat

L. Senatoris
filius. ff. de
Senato.

Joseph. de an-
tiquis. Iud. l.
16. cap. 3.
Herodo. lib.
7.

Plutar.

Bon. de Curr.
tract. de nobi.

Restat tertia de illegitimis dubitatio. quorum nomine comprehendendo naturales, id est, ex ea coniunctione susceptos, quam nec probat, neque damnat ius ciuile; & spurios, id est, ortos ex coniunctione legibus damnata. quæ discriminis ratio eò collineat, vt mitius de illis, quàm de his consuli à iuris prudentibus ostendat. qui omnes conspirant in illis à paterna nobilitate arcendis: adimunt eisdem stemmata familiæ gentilitia: prohibent alij honorum aditu quouis priuilegio munitos. tamen si, aiunt, vulnus sanatum, cicatricis remanet vestigium, extatque litura dempta nota. Huc refer quod modo adnotabam, licet Pontificia ac Regia facultate multa illis tribuantur, quæ legitimis suo iure debentur, non tamen ascititium hoc ius immutat hominum iudicium. Pulchrè Theognis,

Hipp. Mars.
sing. 273.
Bald. in cap.
ult. de trans.
epif.

Adag. col.

804.

Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hiacynthus.

Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Athenienses olim cū putarent contaminari Nobilitatē consuetudine spuriorum, distinctū locum habuerūt in quo, seorsum ab ingenuis spurij alerentur. hāc deinde differentiā ex numero eorumdē primus Themistocles sustulit è medio: sensim enim ad cynosarges, id est, spurios, arteque, & industria ingenuos, & nobiles allexit. sed non modo hęc humanæ vitæ honorifica ornamenta illegitimis non concedunt leges Cæsareæ, verum etiam ipsiusmet vitæ traducendę subsidia denegarunt. etenim parentes lege alimentaria non coguntur filiis illegitimis tribuere cibaria, vestitum, habitationem, quæ alimentorum nomine venire legatis alimentis scribunt Iurisconsulti, quod sine his ali corpus non possit. Attamen hanc iuris Cæsarei seueritatem Pontificij benignitas mitigauit.

L. Alimen. ff.
de Alimen.
et cib. leg.

e. super. eod.
ubi gloss. de
eo qui duxit
quam polluc.
per adult.

Constans etiam multorum vult opinio hanc maculam natalium non modò in ipsis illegitimis, verum etiam in eorundem posteris insidere: fortè quia, vt monet Adagium, *mali corui malum ouum.* cum enim à contaminato Patre ducant originem peccitendam nobiles nequaquam sunt censendi. *Non bono peraguntur exitu, quæ malo sunt. inchoata principio.* cui affine est illud Gregorij: *Mala soboles actiones parentum imitantes, germina viperarum vocantur.* quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. mutuuantur hęc fortasse à lege Mosaica, qua vetitum de scorto natum ingredi in templum Domini vsque ad decimam generationem.

Gregor.
cap. Princip.
1. q. 1.

Deutero. 23.

Hoc:

Hoc tamen in re nostra firmissimè asseuerare esset duriusculum; quis enim non addubitet an spurius, ut quilibet alius de populo possit nobilis familiæ esse auctor, licet ipsum paterno, & auito splendore destitutum concedamus? adeoque si honestè & cum laude uiuat primum quasi gradum familiæ constituat, secundum addat filius, posterius perficiant? Certè Plurarchus à nobis stat, multumque tribuit ex incesto amore natis; *Si ex sordidis*, inquit, *nati complexibus clari euasere, si virtutem amplexi nominis immortalitatem undique propagauere, quid vetat quod virtus eorum nobilitati principium, incrementumque tribuere potuerit?* Quod libentius ex Euripide in Andromache potuit proferre: cuius hæc sunt;

Plutar. l. pro nobil.

Euripid. in Androm.

Sæpenumerò certè

Aridam profundam terram infundet satio.

Spuriique multi legitimis meliores.

Cum præsertim multis in locis ab honoribus Reipublicæ illegitimi non excludantur; neque ubique illud decretum Venetorum vigeat, quo impuris natalibus orti à Reipublicæ consilio excluduntur: oportet siquidem in Veneta Republica, ut quis publicæ potestatis, ferendique suffragij ius adipiscatur, probet se ex gente patricia genitum, non spurium, & ex matre non pudenda. Verum si turpem Venerem legitimum deinde matrimonium subsequatur, ad quæcunque fideicommissa, & primogenia vocari, ad quæ legitimo matrimonio suscepti admittuntur, conueniunt legum doctores, imò ab lege, & consuetudine, ubi viget, esset standum, in Hispania præsertim, ut filij naturales parentum gaudeant nobilitate. Vnde quod attinet ad iudicia dicuntur verè esse de stirpe, domo, familia, & agnatione paterna, atque itidem ad patris nomen, & insignia, honoresque, & nobilitatem admittuntur. ea sola restrictione vsi sunt, si nimirum de alicuius oppidi, seu peramplæ ditionis hæreditaria successione oriatur, in qua stet decus stirpis, & claritudo: nisi tamen aliud rei status, & conditio expostulet. Sunt etiam qui citra dubium illud asserant, illegitimos, vel horum filios legitimos admitti ad sacerdotia ecclesiastica, quæ maiores ea lege instituere, ut ad illa solum posterius consanguinei admitterentur. maximè si in sacerdotiis instituendis, verba naturalia, non ciuilia protulerint. nullus verò dubitationi locus relinquitur, quando Apostolica vel Regia auctoritate, quasi ascitio quodam iure, sunt legitimi effecti.

Lond. de argumēto Garcia 1. p. de beneficiis. l. 5. n. 36.

F

effecti. licet sit notandum ad perpetua fideicommissa, & primo-
genita mero Principis rescripto sæpe non iuvari, quamvis de fa-
milia, & agnatione censeantur. Perlustratis verò rerum gesta-
rum monumentis vix in disceptationem venire potest, quin
possint splendidæ familiæ esse auctores. cuius classis fuere Du-
ces amplissimi, clarissimi Imperatores, quos non vacat enume-
rare, disertissimi Oratores, Poëtæ ingeniosi, vrbium conditores,
legum interpretes acutissimi, quorum omnium Bartolus sit
Princeps, & Antesignanus proprio fatente ore. instar omnium
etiam sint illi tres fratres tria Ecclesiæ luminaria, Petrus Come-
stor, Petrus Lombardus, & Gratianus. Primus historiæ triparti-
tæ auctor, alter sententiarum confarcinator, tertius decreto-
rum compiler: tametsi non desint qui istud de fratribus, &
quod de matre narratur respuant tamquam fabulam: neque
enim docent fuisse fratres, sed Petrum Lombardum Nouariensem
faciunt, Gratianum Tuscum, Comestorem Trecensem.
Quare hæc ornamenta, quæ in spuriiis enituisse comperimus,
natalium tenebras expellere aliquantisper potuere.

Bart. in l. qui-
dam cum fi-
lius. col. 3. ff.
de verb. obli.

S. Antoninus
3. p. tit. 15.
cap. 6.

Baro. to. 12.
an. 1164. l. D.

*Auctor familia Nobilis, an nouus? Duo Axio-
mata: Propter quod unūquodque, &c. & Causa sem-
per nobilior, &c. ex Philosophicis dubita. Homo nobilis,
an nouus, licet industrius, praferendus.*

C A P V T V I I I.

DISCVTIAMVS in præsentia an verè sit, & dici queat
nobilis vir. splendidæ familiæ auctor primarius, à quo, vt
dici assolet, posterì suam reperunt originem? Pro parte, quæ af-
firmat diiudicarent duo Philosophica axiomata. Primum illud
est: *Propter quod unumquodque est tale, & illud magis tale.* Alterum
est: *Causa semper nobilior est effectu.* itaque vt primum motæ dubi-
tationi accommodetur, hoc pacto posset aliquis omni assèvera-
tione ratiocinari: si nobilis est posteritas ob nobilem, qua nite-
fcit, originem, nobilior erit ipsamet origo: eà quippe facit, vt po-
steritas de suo lumine splendet. Qui auctor gentis, generis-
que agnoscitur, quasi lumen aliquod elucet, quod ipse quantum
est

est posteris impertit, & communicat. At defæciator, & pellucidior est riuius in suo fonte, quàm si post aliqua decurrens spatia impuræ terræ vitia combiberit. illud etiam quod alibi vsurpat Aristoteles verum est: *Principium rei cuiusque maximum est, quippe quod rei dimidium sit.* Quod aliter Ausonius exposuit. *Arist. sect. 10. probl. 13.*

Dimidium facti, qui bene cepit, habet.

Ab hoc primo alterum defluxit axioma: facit quippe causam, semper suo effectui nobiliorem: cum præstantius, & diuinius sit tribuere esse, quàm accipere, non pendere quàm pendere. hic procul dubio Auctor Familiæ gerit vicem causæ, posterius, effectus.

Verum enimverò ex falsis verum effici non potest. Fons, & origo familiæ verè nobilis non est, cui definitio Aristotelis cum additamento nostræ explicationis non accommodetur. Qua lucet claritate dat quidem initium nobili familiæ, nequaquam verò perficit: nam ad perfectionem multorum non interrupta series, & successio requiritur. itaque inchoare clucebit luce nobilitatis, non crescentis, neque adultæ; quos gradus in illius perfectione nos distinximus. Huiusmodi familiæ proauctores generosi quidem, & magnifici, non plane nobiles solent appellari. sicuti apud Græcos non est dissimilis differentia inter *eugenis*, quod ad familiæ celebritatem, & *genaion*, quod ad animi præstantiam refertur. illud addi solet; sicuti vnum non numerum, sed numeri principium dicimus, sic primum illum omnibus summis honoribus dignissimum non nobilem, sed auctorem; & principium nobilitatis existimamus. Hos etiam novos homines dixit antiquitas, tametsi nouus etiam fuerit dictus omni omnino luce destitutus. illud tamen est ingenue fatendum, in nouo homine hoc lumen, quantumcunque illud sit magni tamen esse faciendum. nam illustre aliquod virtutis sydus debuit in tali viro enituisse, cuius lumine præfulgidus è tenebris ignobilitatis emergerit in lucem gentium clarissimam. is paternam, & avitam exutus conditionem, clariorem induit fortunam. scitum fuit illud Tiberij dictum, qui, ut Curtio Rufo Principis suffragio Præturam affecto, dedecus natalium velaret, *Cursius Rufus*, ait, *videtur mihi ex se natus.* Hi planè quasi prima quadam manu nobilitatem cum laude inchoat, cui additur ab alio subsequente secunda, à tertio postrema: quo pacto effigiatum tradere maioribus laus est amplius, ex posteris accipere.

Sed licet multò maiora familiæ proauctoribus tribuere videantur duo superius adducta, & euentilata axiomata: tamen hoc loco haud tantum firmitatis habent, quantum præferunt; propterea quod ad multa phyfica, & altioris philosophiæ illa faciunt: in hac dissertatione morali nimis probant; at verò artes non sunt permiscendæ, & vnaquæque sua adinuenit principia & rationes, quæ præ diuerfis scientiis non licet omnino mutuari. Adde quod illarum propositionum suis in locis etiam non semel constantia desideratur, si non rectè explicentur. id non ambigitur (vt per omnia genera caussarum strictim decurramus) si cum materia formam comparemus. hæc ex illa educitur, & procul dubio est effectus nobilior, quàm sua causa censeatur. idem sensus est de forma (Philosophum alloquor) cum toto comparata. Quid in causa exemplari? imago Cæsaris non inferior quàm ipse Cæsar? Præterea non est vilior finalis, si forte studiis, & litteris addicis animum, & non cum Tacito, *Famam in posterum premia cogitas pulcherrima*, sed gratia solum pecuniæ liberos nocturna versas manu, versasque diurna? licet hic inspicere pecuniam causam motricem, sed viliorem: ipsa verò studia sapientiæ effectus, sed altiores. sed demum in causa effectrice quantas adhibent coërtiones? æquiucane sit an vniuoca? Teste etiam Aristotele nihil in indiuiduis eiusdem speciei nobilius, & ignobilius. Quod si vera docent, qui mordicus contendunt produci ab accidentibus substantiam, viuentia ab inanimis, à cælo nimirum, caloreque cælesti: si firmæ hæc opinioniones, non liceret à non vna causa minus nobili venari effectus nobiliores? Sed quomodolibet hæc se habeant, vno nomine ea argumenta reiicimus, ne scilicet artes misceantur: quod fusiores docebimus inferius.

Ex occasione difficultatis ante actæ hoc etiam ab instituto sermone non alienum dubiolum disceptemus. vter sit anteposendus, isne, quem nullo domestico exemplo incitatum sua virtus illustrauit, auctoremque nobilis familiæ effecit, an ille potius, qui gloriam maiorum noua accessione, sua nimirum cumulauit? Sunt qui ancipitem hanc quæstionem vocent, aliisque relinquunt diiudicandam. Iurisperiti etiam ægrè id definiunt. Præferri primum suadent ea ratione, quod illius opus clarius, & illustrius appareat, cui nulla maiorum exempla ad gloriam calcaria addidere, qui, deinde aiunt, illustri loco natus est, plurimum

Tacit. l. 13.

Quod viuentia etiam in perfecta cælo sint nobiliora D. Aug. l. de vera Reli. c. 21. & lib. de duab. anim. c. 4. ubi pulchrè docet muscam soli preferendam esse. & lib. 11. de Ciui. c. 16. D. Thom. & affecta 1. p. q. 3. art. 1. & q. 70. art. 3 l. 1. contra gentes c. 20. Hieron. Oser. l. 2. de nobil. ciuili.

num instrumenti ad illustria quæque solet obtinere. adsunt nimirum instituta domestica, ingenua educatio, maiorum gloria, opes, & diuitiæ rebus gerendis accommodatæ. Hic demum, addunt, quod multis difficultatibus implicatus cum laude præstitit, solo virtutis amore ad res gerendas animum applicuit. at maiorum profapia illustres sæpius ad virtutem excolendam quasi necessitate compelluntur. *Siquod est in Nobilitate bonum, ait Boëtius, id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent.* ne scilicet ob domesticæ laudis studium turpiter omissum perpetua infamiæ nota illis inuratur. Hanc ad minimum in nobilitate generis vtilitatem profitentur, ut filij nimirum maiorum exemplo inuitati, tales esse studeant, ut auitas laudes non mentiantur. Planè ego illum præferrem, quem sua, & auita gloria illustrat: hunc etiam Iurisperiti anteponunt, ad quem maiorum gloria non minus pertinet, quàm cætera hæreditaria bona. neque verum est illud; nobiles exemplo domestico ad virtutem necessariò excitari: quot enim obseruare licet sola parentum gloria contentos illam non augere, vel eandem labe aliqua conspurcare, si desides, & segnes, ad illustria facinora propria animi elatione non incitentur? Quot enim sunt filij nobilium, qui illam Gregorij sententiam veram faciunt: *Nonnullis solet Nobilitas generis parere ignobilitatem mentis?* Virtus proinde in viro maiorum profapia illustri, firmior, & constantiior habetur, cum firmiores egerit radices, adeoque omnium sano iudicio præstantior; in humili tamen, & nouo homine appareat quibusdam admirabilior, propterea quod sit maiori contentione cõparata, eiusque maximè propria, cum omni adiumento destitutus virtuti comparandæ se accinxerit. Certè si res in contentionem veniret, præferendusne sit homo, cæteroqui nouus, sed sua virtute clarus, an nobilis parentum, luce conspicuus, sed suis vitiis obscurus? proculdubio illum isti anteponerem. Tale iudicium de se protulit Marius, ne illi esset probro, nobilitas noua. *Quam, dixit, certè perperisse, quàm acceptam corrupisse melius est.* Verissimè etiam apud Herodianum Macrinus Imperator. *Generis iniuria clara posteris relinquere ipsum præstat, quàm accepta à maioribus factis moribus contaminare.* in hoc consentiunt omnium voces, & virtus ipsa de se hoc clamat. quò illa intrat, eò gloria ipsius comes succedit.

Boët. de consol. Phila.

Gregor. lib. 1. dial. 6.

Sallust. in Ingur. Herod. l. 5.

L. Senec. lib. 4. de benef. cap. 30. 31. & 32.

Seneca tametsi Stoicis imbutus disciplinis, multo plura viro

nobili concedit. nam ob solam maiorum virtutem vult illum nouis, licet industriis, præferri. quod non ipsius merito, sed auctorum memoriæ, & honori vult attribui, vt hoc etiam posthumo præmio homines bene agere inuiterentur. *Non sine ratione*, inquit, *sacra est magnarum virtutum memoria: & esse plures bonos iuuat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res consulem fecit nisi pater?* Adducit præterea exempla aliorum; eaque subdit. *Hoc debemus virtutibus, vt non presentes solum illas, sed etiam ablatas è conspectu colamus. Quomodo illa id egerunt, vt non in unam ætatem prodesse, sed beneficia sua etiam post ipsas relinquerent: Ita & nos non una ætate grati sumus.* Pulchra sanè ratio; nec minus pulchra vsus est similitudine. *Vt loca sordida percussu Solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant.* Hæc Seneca, multaque addit, quibus confirmet Deo auctore plerumque fieri, vt nepotes ob maiorum pietatem, vel poenas euadant, vel honores arripiant.

Familia cur eò illustrior quò antiquior? Nihil offert quod remotius à suo principio discedat. Cur Nobilitati sit debita antiquitas. Obiectio dissoluitur ex Metaphysicis petita. Rationes & exempla nobis fauent.

CAPVT IX.

FERAMVS nunc iudicium, ex veritatene, an ex opinione. Familia nobilissima æstimetur quæ antiquissima: hinc videbimus vnde fiat quod nobilitati sit vetustas attributa. sed primo aspectu perperam alicui videtur esse constitutum, vt quis eò nobilior habeatur, quò antiquiorem repetat originem; quasi verò iste quàm maximo interuallo distet à suo principio, vnde primum prodiit, & effulsit claritas familiz. At Philosophis excellentius est quod suo principio est coniunctius, quàm quod ab eodem remotius discesserit. *In tantum unumquodque perfectum est, in quantum ad suum principium attingit:* apud eosdem vulgare Axioma est. quod planè ex natura causæ, & effectus solent desumere. nam quò inferior est causa, eò deterior est effectus, licet illa.

D. Tho. 1. p.
9. 12. in cor-
pore. ubi
Caieta.
Contra lib. 6.
de p. philof.

illa suum esse in primam aliam, altioremq̃ue repetat originem. Vnde si quæ sunt rerum omnium primordia, & principia, quæ maxime æstimantur perfectionis, ea perfectio non ita expleta & absoluta ab his ad alia subinde deriuatur. Demum quæcunque actio aliquo fit interiecto, & intermedio deterioris est ordinis, & conditionis, quàm quæ proxime à suo proximo principio processerit. Quod argumentum pluribus si expediret posset exemplis confirmari. quo potissimo generis vetustatem vilem, abiectamque sunt qui omni contentione arguant. Verùm hæc ratiocinatio ineptè accommodatur viro, qui multis auis, proauisque interiectis, primum aliquem adducit, laudatque suæ gentis proauctorem. Etenim hic philosophandi modus (quod supra innui) difficile potest nostro instituto accommodari, cum in re morali admiscere rationes planè philosophicas futile, & inane genus sit argumentandi. quo si vsus est alicubi Aristoteles, cum quadam accommodatione certè est vsus. Cæterum plumbeo iugularent gladio qui leui hac argumentatione vellent suos aduersarios conuincere: nam præceptum illud traditur: non esse artes permiscendas; vt si quis vellet Theologica physicis probare rationibus, argumèto vteretur periculoso, inepto, & indocto. Quare etsi nobilitas familiæ aliquo pacto per naturalem generationem posteris tradatur, & communicetur; est tamen præcipue quid morale; id est enim quod pendeat ex mera hominum existimatione, ac iudicio. Vnde potius in hac controuersia est standum ab decreto legum, & iudicio Iurisconsultorum, qui illum censent nobiliores, qui de antiquiore genere est ortus: ac nobilitatem tantò maiorem esse, quantò magis inueterascit. Eadem laude urbium nobilitatem reddi conspicuam vult in Rhetoricis Aristoteles: si nimirum vetustissimos auctores habuere.

*Arist. lib. 7.
Eth. c. 9.*

*Arist. lib. 1.
Rhet.*

Sed cur familia quò vetustior est, eò sit nobilior, vnica, atque potissima ratio ea esse potest. quod scilicet cum generis vetustate plurimorum ornamentorum dignitas, & numerus sunt coniuncta. Virtus enim gentilium multorum in hoc conspirat, vt quisque vel belli, vel pacis artibus præclarus sua ornamenta, quæ habet, in vnâ conferat familiam cohonestandam. quo igitur longiori serie vnus familiæ viri enituerint, eo numerosiores honorum tituli in eadem recensentur. Vnde Plutarchus. *Illam familiam bonam est, in qua complures suis posteris virtutes quasi per*

*Plutar. lib.
pro nobili ex
Arist. lib. de
nob. apud
Ioa. Stobæum.*

manus

manus tradiderunt: multi quippe in ea erant homines egregij, si hominum propago fuerit, sin equorum equi, & in ceteris animalibus ad eundem modum. vnde apud Romanos affectatus fuit numerus, de quo mox dicemus, imaginum copiosus. Sed hæc ornamenta ex vetustate in familias deriuata aliud illustrius, & præclarius nobis ob oculos proponunt, quippe quæ arguant nobilitatem ab omni labe sartam rectam esse habitam, in eaque patefaciant solidiorem, firmioremque constantiam probitatis, & virtutis.

*Sallust. in Ca-
sil.*

Virtus clara, aeternaque habetur. ex Sallustio. Hinc, vt iterum repetam, factum est potissimum, vt vetustas nobilitati tribuatur: eadem enim opera virtus illi suo iure asseritur. etenim solius virtutis opus est se, suæque conseruare, vt vitio tribuitur contrarium, nimirum se pessundare, suæque secum trahere in ruinam.

*Piccolom.
grad. 8. c. 19.*

His affinia addit alia Piccolomineus; nos hæc pauca, sed eximia libasse satis est. Quamobrem ita comparatum est, vt ea, quæ à maiorum memoria proueniunt, & recentiorum ætate submoventur, fiant quodammodo ipsa vetustate sanctiora. Maiestate quadam hæc quasi augustiora suscipimus. Inde prouenit quod antiquitatem, cum proprius absit à diuina progenie, mortales affectant. *Antiquitas proximè accedit ad deos.* Tullius ait. Hinc diuinum quid sapit antiquitas. Qua de caussa intelligimus cur Poëtarum illi Principes Virgilius, Homerus, quos omni laudum genere sibi proposuerunt exornandos hac potissimum laude, generis scilicet vetustate, insignierint: quasi summos deos, quorum propria est antiquitas, cognatione attingerent. Hinc etiam illæ extitere inter Ægyptios & Phœnices, Phryges & Arcades de prima gentis origine contentiones, dum aliæ ante alias gentes, in lucem editas gloriantur. In ipsa Ægypto alas Vulturum pro domorum foribus proponere indicium nobilitatis, & vetustæ familiæ censebatur, propterea quod Vultures viuunt diutissimè.

*Alexan. ab
Alexan. lib.
2. cap. 24.*

Si cui verò eæ rationes, & exempla non satisfacerent, posset id, quod de familiæ splendore, qui ex vetustate effulget, edocemus, ratione philosophica confirmare. nam colligunt Philosophi ex maiori alicuius rei duratione maiorem eiusdem rei perfectionem. Sed nos ab ea abstinemus, ne in nostram reprehensionem incurramus.

Illud verò non omittam, diuersa nota, sed eadem significatione Athenienses, & Romanos hanc inter alias (antiquam dico nobili

nobilitatem) sibi laudem arrogasse. In cuius rei insigne argumentum illis Cicada, istis lunula fuit nobilium gestamen. Rem expressit poëticè Alciatus.

*Aurea Cecropijs nectebat fibula vestes,
Cui coniuncta tenax dente Cicada fuit.
Calceus, Arcadico suberat cui lunula ritu,
Gestatur patribus mullea Romulidis.
Indigenas quod se affererent, hac signa tulerunt
Antiqua illustres nobilitate viri.*

Athenienses ergo vestibus, & crinibus auream Cicadam innodantes sese nobiles, indigenasque arguere voluerunt, nimirum quia Cicada, ut perhibent, in una eademque regione enascatur, viuat, moriatur ita nobiles eos censabant, qui ex antiqua prosapia suos maiores in eadem Urbe longo ordine recenserent. At Romani lunulas in calceis habuere fortasse (præter alia quæ Plutarchus in problematis adducit) antiquæ nobilitatis insigne, more Arcadum, qui sese Luna priores iactantes, proselini, id est, ante Lunam orti indigetari voluere. Lunulas in pedibus habuisse Romanos magis ex meo sensu prodit alius, id est, fibulas eburneas corniculantes instar Lunæ. nam ex Numæ instituto Senatoribus, eorumque posteris fuit datum, & concessum ut nigris calceis lunulas annexerent: nimirum ut ea in calceis adscripta centenarium numerum, quo tunc Senatores continebantur, designarent: adeoque ex gente patricia dignoscerentur. Vnde res abiit in proverbium: *Nobilitas in astragulis*. Ad hanc lunulam respexit Zonaras auctor Græcus, dum scribit patricios, id est, Senatorum filios, gestasse calceos corrigiarum inflexione & forma litteræ, C. ut qui nimirum hanc gestarent ex Senatorio ordine; centenarium numerum non excedente, cum primum à Romulo fuit institutus, oriundos se ostentarent. hac enim nota, C, veteres, & nos etiam centenarium numerum designamus. Supra centum, ut dixi, primo Romuli tempore Senatorum numerus non excessit: licet veniente, & in Regnum ascieo consorte Tatio, allectis aliis centum, ducenti euaserint: sub Tarquinio Prisco ex plebe, ad eam captandam, totidem alij additi, & trecenti enumerati: sed demum immutato Imperio ad nongentos, & supra mille excreuerint. Mos tamen ille lunulas gestandi calceis annexas, ad extrema quoque tempora in speciem honoris fuit productus. imò sunt, qui ex bonis auctoribus colligant non à

*Alexan. ab
Alex. lib: 7.
c. 18.*

Zonaras.

Zonaras.

Cice. Phil. 3.

G solo

solo ordine patricio, sed communiùs à tota nobilitate usurpatas.

Quæ, & unde Nobilitas Romanis. De imaginibus pluscula historicè. Varia apud varios Nobilitatis insignia.

CAPVT X.

SED operæpretium erit inspexisse quasi per transfennam quæ, & vade extiterit nobilitas apud Romanos. nam monumenta illius Reipublicæ optimis firmatæ institutis documenta videntur, omni in re, optima posteris fuisse. At Roma, Romanus scriptor ait, *omnis repentina, & ex virtute nobilitas fuit.* bene repentina, nam quos illustres auos in medium profferret: *Qui populus de sceleratis, & nocentibus congregatur?* vt sunt verba Cypriani: Facinorosorum Asylus dictus etiã Augustino. quò Itolorum perditissimi, seruus nequam, criminosus, obæratu conuenere? quò hominum fæces, vrbiumque sentinæ non modo ex Latio, sed ex Græcia transfugæ conuolarunt: dum omnes suppliciorum atrocitatem, exigente pœna, pertimescunt? Vnde ex veritate, non ex inuidia Iberus Poëta,

Lucan. lib. 7.

Romulus infami compleuit mœnia luco.

Mirum certè vt populi tam linguis diuersi, moribus dissimiles, institutis discordes in vnum coaluerint. sed audi Satyricum ad Romanos generis claritudine elatos eloquentem.

Luc. Saty. 8.

Et tamen vt longè repetas, longèque reuoluas

Nomen, ab infami gentem deducis Asyllo.

Maiores primus quisquis fuit ille tuorum,

Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Alber. Genti-
lis lib. 1. de
armis Rom.
cap. 2.

Latronem dicere voluit, est qui subdat, aliumve facinorosum, aut improbum. Hæc sunt Romanæ Nobilitatis illustria primordia. sed deinceps virtute præcunte, absit verbo inuidia, omnium gentium nobilitatem superasse non est cur in dubium vertatur. Verum nobilitas Romana Romæ diuersa ratione viguit, quàm alibi. ex ipsa enim plebe plures familias splendidas, ac nobiles enumerarunt. Istud verò hoc pacto euenisse scimus. Apud Romanos

manos non ex genere potissimum, sed ex imaginum multitudine omnis ortum habuit nobilitas: rursus imagines ex magistratu, sed non quocunque ambitiosè positæ, & acquisitæ. etenim ex curuli tantum magistratu dabatur ius imaginis ponendæ ad memoriam, posteritatemque prodendam. Quæstura verò, Tribunatus, & alij inferiores honores hoc ius non tribuebant. inter ipsos cultules magistratus, curulis ædilitas ordine prima fuit. Prætura deinde, consularis, censura. Hinc factum, ut Populus Romanus in Plebeios, & Patricios distributus in utraque classe nobiles, & novos recenseret. nam si plebeio ex gestis honoribus ius imaginum obuenerat, is utique inter nobiles numerabatur. quæ cognatio, & familia nullas præferebat imagines, maioresque procul à Republica vitam vixerant, noui ex huiusmodi orti genere dicebantur. Quamuis enim Regum tempore & post exactos Reges soli Patricij capefferent magistratus, ac proinde apud eos solos, penes quos Reipublicæ administratio stetit, Nobilitas maneret; tamen progressu temporis per contentiones Tribunitias est effectum, ut communicarentur, & promiscui cum plebe essent honores. Vnde ex magistratu imagines, ex imaginibus nobilitatem sibi Plebeij peperere. Hinc non vna plebeia familia suæ claritatis splendore multarum patriciarum aciem perstrinxit (nimirum præ numero imaginum) quales fuere Claudia, Marcella, Decia, Flaminia, Læstania; quæ, ut aliæ, honorum plenæ floruerunt. Imagines autem erat non totius corporis, sed humerorum tenus expressa ex cerâ effigies, capitis scilicet, & vultus; quæ, ut dixi, de cera solitæ fieri, & ceræ à Poëtis vulgò appellatæ in atriis ponebantur, ordine reconditæ in thecis ligneis, siue armariis, quæ diebus tantum festis, aliis uel lætioribus aperta, aliàs clausa inspiciebantur. quin publicis sacrificiis prolata huiusmodi imagines, & ad visum, & pompam magnificè ornata. imò in funere affixæ longis perticis, & hastis ferebantur, ut solita triumphorum fercula gestari. Additi & tituli, subscriptique honorum indices, consularis, censoriæ, vel alterius magistratus, rerumque in eo gestarum. Quarum rerum curam haud dubiè gessit Præfectus, ut dicebant, Atriensis. Postremò illud cum Lipsio adnotarim, illius imaginem, qui ob flagitium fuerat damnatus, frangi solitam, & comminui, quasi eadem multa punita fuit imago, ut memoria hominis excideret. Vnde neque in familia sordidum illius monumentum extabat,

& restabat. Hæc pro Romana Nobilitate.

Præterea tractare de variis apud varios nobilitatis symbolis, & notis esset animus, ni in longum res excresceret. Pauca tamen, sed eximia subnectam. De alis Vulturum apud Ægyptios, Romanorum, lunulis, & Atheniensium Cicadis proximo capite meminimus. Fuit etiam apud istos ingenuitatis insigne comam alere, imò in iure non admodum veteri Francorum de iure cæsariei extant leges. Romanus etiam, nisi qui nobilis esset (quamvis hoc insigne peculiare fuerit ordini equestri) anulos aureos non ferebat. inde ius anulorum aureorum pro equestri ordine; & hodie calcar aureum. huius etiam generis apud eodem fuit Bulla aurea, quæ collo Triumphantis appendebatur, aut nobilium puerorum in formam cordis efformata, & quibusdam remediis referta, nimirum contra fascinum, & invidentiam, eaque satagebant, ut pueri cordati, & similes Triumphantium euaderent. Sed vestibis nobilium, & notis huiuscemodi pleni sunt eruditorum libri. Illud silentio non præteribo, olim apud Romanos Nobilitatem nominibus etiam à vulgo fuisse discretâ. Tria enim apud eos, sæpe quatuor, prænomen, nomen, cognomen, agnomen nobilium nomina fuere. itaque à populo distinguebantur. nam cæteri, sicut & mulieres, duo solummodo nomina usurparunt. Vnde Iuuenalis; *Tanquam habeas tria nomina.* id tamen non fuisse perpetuum docet Festus Pompeius. Hodie suo iure arma Gentilitia sibi vendicat Nobilitas, ut à plebe obsignetur. De quibus inferius agemus.

DE



DE NOBILITATE GENTILITIA.

LIBER SECVNDVS.

Transitus ad causas effectrices. Prudentia civilis prima, ac perfecta nobilitatis causa supra ceteras virtutes eminet. Ostensum id à Fine, Actione, Difficultate, Necessitate, Ordine ad bonum commune.



CAPVT PRIMVM.

PERFECTÆ, ac principales Nobilitatis Gentilitiæ causæ sunt Pacis, Bellique artes. nimirum Prudentia civilis, ac Peritiâ militaris: de hoc nemo addubita-
uerit. Pauca nos ex multis excerpta de vtraque Prudentia Togata, & Armata subiiciemus; quas si humano generi, bonoque publico non modo vtilis, & conducibiles, verum etiam necessarias offenderimus, dignæ perfectò erunt, quæ summis honoribus excolantur, inter quos, quasi conspicuum quoddam sydus, fulget ipsa Nobilitas familiar. contentionem deinde quandam, & comparisonem faciemus Togæ cum Armis, quæ splendidior Nobilitatis origo.

Quod sanè spectat ad vtramque, hallucinatur doctus vir, qui neutram prudentiam oenset Nobilem facere, ac generis illustris esse originem, solum vult iis artibus patefieri Nobilitatem, ac magis, magisque illustrari. Decerrat ille toto cœlo, si queramus de re ipsa, & non sit de solo nomine disceptatio. nouum, & inusitatum quis dicat ex hoc quasi duplici fonte fore omnem

*Piccolomini-
nouum:*

esse ortam Nobilitatem? Ad hanc via compendiarie perget homo nouus, si gradus militiæ ascendat, vel Reipublicæ industriæ nauet operam. hic præterquàm quòd, si quam à maioribus accepit claritatem, eam mirificè illustraret; accedit quod nobilis profapiæ fieret auctor, si omni maiorum luce esset destitutus.

Cum prima vellemus Nobilitatis repetere incunabula, à primis Iustitiæ cultoribus ea deduximus (quæ Prudentiæ ciuilibis nomine designatur.) nam à Iustitia, ceu ab augusto quodam fonte omnis dicitur Regum orta potestas, hinc optimates, & Principes extiterunt. etenim cum homines nulla humanitate exculti tunc primùm raptò viuerent, nullam religionem colerent, omnia præcipiti, inconsultoque animi impetu administrarent, impotentiores à potentiioribus opprimerentur; qui inter eos extabant, qui non modò honestè viuerent, & alterum non læderent, verùm etiam iniurias aliis illatas vindicarent, tenuiores in fidem, & clientelam reciperent, pessimis extinguendis, improbis castigandis insudarent (qui humanæ societatis pacem, & commercium perturbabant,) isti tales supra cæteros eminere videbantur, digni omnino habiti qui in cæteros Regnum, & Imperia capefferent.

Hac arte non modò apud Medos, sed etiam omnium hominum nationes Principes, & Reges originem duxere, vt rectissimè dixit Pater Historiæ Herodotus. Neque vllum omnino genus claritatis, aut antiquius, aut præstantius sunt qui affirmant hac Regum natione reperiri. Quorum diuinitatem admiratum Hesiodum, Reges à Ioue procreatos esse in Theogonia videmus scriptum reliquisse. Iis demum artibus ad Imperij fastigia peruenere Pittacus Mitylenæus, Numa Pōpilius; hic apud Romanos, ille apud Græcos, & alij apud alios: de quibus passim eruditi meminere. Demum eos à Diis deriuatì existimabant, qui virtutis huius artibus essent instructi. inde est quod sub fabularum inuolacro prodidere Æacum, Minoem, Rhadamanthum Iustitiæ magnitudine Iouis filios esse habitos, atque umbris iura dare, quasi verò etiam apud inferos sine grauitate legum, & seueritate iudiciorum multitudo permanere diutius nulla possit. Hos Iustitiæ cultores tantopere coluere, vt Diis quàm simillimos effecerint. quam nos Iustitiæ partem ciuilibis prudentiæ nomine designamus.

Iam

Iam verò quoniam ad ciuilem prudentiam est deuentum, vt de more paulò altius rem istam repetamus, in eiusdem societatem se insinuat, & ferè eadem est virtus illa, quam vnanimi consensu Moralis, & Theologus constituunt, & communem, seu legalem Iustitiam appellant; quòd scopus legum omnium ciues dirigat in commune bonum: ob signata planè, & diuersa ab ea Iustitiæ parte, quæ priuatas lites tollit, dirimitque controuersias: priuatim illa ius suum cuique tribuit. Quod si in genere Iustitiæ, nostra, de qua agimus, non sicuti ista adamussim est exacta, certè est aliis titulis præstantior, vt etiam statuunt de Iustitia paterna. quas argutias non est hic locus expedire, satis est indicare.

*Leges D. Theo.
2. 2. qu. 58.
art. 6.
Arist. lib. 5.
Eth. & inter.
prætes.*

Porro Iustitia legalis in gubernante elegit domicilium, & in Principe sibi statuit sedem primariam. quippe aiunt, vt propriis vtar vocabulis, esse in Principe architectonicè, in subditis ministratiuè: quia ille legum custos instar Architecti cuncta disponat, & componat: hi singulatim ex Imperio sua munia facessant: omnes tamen non distincta, sed prorsus vnica impulsu virtute in vnus boni publici conspirant obseruantiam. tunc didicimus ex Alcinoò optimam Reipublicæ faciem futuram, cum vnaquæque pars ciuitatis rectè suo munere fungitur.

*Alcinoos lib.
de doct. Plat.
tonis.*

Sed tandem videamus cur tantopere huius Iustitiæ, adeoque Prudentiæ ciuilis cultores extollantur. Ex virtutis ipsius præstantia id prouenire est ingenuè fatendum; quæ quantum cæteris superemineat, possumus cognoscere iis signis, quæ non obscura cuiuspiam virtutis excellentiæ sunt indicia. ea verò quinque solent numerari. Finis, Actio, Difficultas, Necessitas, & Ordo ad bonum commune. breuiter singula recensabo.

Finis est bonum publicum quouis priuato dignius, & præstantius: hoc enim partis, illud totius. vicem subit. At verò Aristotelicum est monitum, vnumquemque ciuem secum animo debere reputare, se non suum esse, sed totius vrbs particulam. inde bono priuato semper publicum Politici prætulere. Vnde Plinius: *Oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus aternas anteferre.* ita etiam in animali bono partis prælatum est bonum totius. non modo ea ratione, quia scilicet ex totius conseruatione ipsiusmet partis dependeat conseruatio, vt falsò finxit Buridainus (tunc quippe pars potius suum & priuarum attenderet bonum)

*Arist. lib. 2.
Poli.*

*Plin. lib. 6.
Epist.*

*Burid. in lib.
5 Eth.*

num) verum etiam quod sic bono expediat communi. qua de re manus sui immemor periculi, & discriminis oblita pro capitis tutela ad ictum euitandum se exponit: passura scissionem ut totum conseruetur; peritura, non ut se ipsam tueatur. in naturalibus etiam illud extat argumentum. Aqua siquidem suam non curans innatam grauitatem, & propriam inclinationem quasi exosa ascendit; ne dato vacuo quid detrimenti commune vniuersi bonum patiatur. Propterea vel Principibus viris, nedum priuatis, maxima, imò præcipua boni publici cura suadet. Hinc illud Ciceronis: *salus publica suprema lex esto.* Plinius Panegyrico ad Traianum. *Bonus Princeps post omnes est.* Vnde illud Modestini. *non puto eum delinquere, qui in dubijs questionibus respondet contra Fiscum.* Sic etiam lex Iulia caducaria vltimum locum fisco tribuit.

Plin. Paneg.
ad Traianum.
L. nō dubito.
ff. de iure
fisci.

Actionem non inuenies illustriorem. nam pro bono publico insudat. pro Patria qui occubuerunt heroum ordinibus adscripti. hinc illa gloriatio Spartanorum,

Dic, hospes, Sparta nos hic vidisse iacentes

Dum sanctis patria legibus obsequimur. &

Dulce, & decorum est pro patria mori.

Tanquam hominem ex cælo in terras delapsum intuemur, qui Rempublicam manu, consilio, & bonis iuuat propriis: si Biantem audimus, oportet e magistratu discedentem non ditio- rem, sed clariorem euasisse.

Idem. Stobæus
serm. 44.

Sed difficultas maiorne sit, an actio illustrior vereor definire. etenim quàm vberes fructus, tam graues labores. Qui domesticas res curent sedulo, & diligenter sunt innumeri, qui publica cum laude tractent inuenies paucissimos. nam præterquàm quod varia subditorum sunt ingenia, ac plerumque dum omnibus placere est studium, nemini sit satis, accedit quod priuata cuique stimulatio, & vile decus publicum. *Vetus enim, & vera opinio est priuatas res saepe publicis offecisse.* cum tamen vir Princeps visus fuerit Xenophonti nihil à bono patre differre: nam etiam, ait, *parentes filijs promident, ut bona nunquam sint ijs defutura.*

Tacit. 1. lib.
80.
Lini lib. 22.
Xenoph. lib.
8 de priuata.

Adeo difficilis, aspera, & scrupulosa via est qua pergit scientia ciuilis. post eam verò comparatam nulla animo requies. Homeri est effatum.

Dedecus est tota rectorem stertere nocte.

Illud.

Illud laudi vertit Plinius Traiano. *Inde tibi parcus, & brevis somnus.* Vnde merito Seneca exclamat. *Magna seruitus ex magna fortuna, omnium somnos vigilia Principis defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. non enim finit cura otio torpescere, quos publicis negotiis praefectos intuemur.* nam cum priuatæ personæ porrectis, ut aiunt, dormiunt pedibus, tunc illis animo obuerfatur status rerum, initur consultatio, futuris prouidetur. *Senatus*, ait idem Seneca, *per totum diem consultat saepe; cum illo tempore vilissimus quisque aut in campo per otium suum se oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat.* non enim quadrat hoc remedium, censeatur illud apertius, sic distrahitur hominis ad clauum sedentis animus. quippe domesticas oblitus curas, cum publicis pernoctat.

Plin. Panegy. ad Traia.
L. Seneca. consol. ad Polyb. cap. 26.

Seneca. lib. 8. de prouid.

Necessitas, & utilitas ipsius Prudentiæ: ciuilis præter hæc dicta ex alia ipsius vi dignoscitur, quæ in eo consistit, ut discernat quid expetendum sit, quid fugiendum. vnde solet animi oculus nuncupari, cum honesta ab deterioribus, utilia à noxiis discernendo id ipsum præstet, quod in rebus corporeis solet oculus efficere. etenim ex præteritorum recordatione præsentia ordinat, futura disponit. Vnde iure primas obtinet ad actiones moderandas, & sola præit ad rectè faciendum (quæ fuit sententia Platonis) aureaque præstat arma, quibus est contra Fortunam de pugnandum.

Arist. Iamblic.

Plato in Menone.

His igitur, aliisque nominibus bono publico, & communi est Prudentia ciuilis fulcrum, & subsidium. inde illius splendor maximus, & qui multorum aciem perstringat visus est Ciceroni, & Aristotelis; imò veluti Hesperus, & Sol inter stellulas, & astra, ita illa inter virtutes, enitescere. nam quemadmodum Solem perhibent cæteris stellulis de suo lumen impertire, ita alias, si quæ sunt, honestas artes mirificè illustrat; quando eas ad bonum publicum, veluti partes ad totum, refert. Cæteræ enim vel primariæ, vel minores in homine virtutes huic vni sunt affectæ, & pedissequæ cuius consortio si excludantur, mancæ & inutile apparebunt. ergo si cum hac Iustitiæ potissima parte non coniungantur, nullam possunt habere commendationem; hæc verò à reliquis seiuncta suam semper retinet dignitatem. ex innumeris duo seligam exempla. Aratus Sicyonius boni Imperatoris laude nequaquam clarus, sola iustitiæ pulchritudine eam sibi

Cicero. 1. de Officiis. Arist. 1. 5. Ethic. cap. 1. & 2.

H. gloriam

gloriam est adeptus, ut summis Imperatoribus sit cœquandus. nam leges patrias quoad vixit acerrimè propugnauit, cum omnibus Tyrannis, & improbis ciuibus fortiter dimicare nunquam recusauit. Aristides alter ob Iustitiæ integritatem Themistocli, tantis rebus gestis claro, de loco non concessit: adè ut fuerit dubium vter clarior Athenis haberetur.

Quamobrem qui non modò domesticis negotiis, ac priuato bono incumbunt, sed publico bono nati (in Principum laudem hac olim formula utebantur, quæ crebra est in lapideis monumentis. *Bono Reipublica Natus*: quod primis literis notabant. *B. R. N.* vel *B. R. P. N.*) publicis populi commodis inseruiunt, eximiis tales viri ornamentis decorentur: quicquid splendidi, & illustri est in hac hominum societate (quale imprimis lumen est Nobilitatis) iure suo sibi vendicent, & quantum quantum est, totum illud sibi tribuant.

Hoc tamen Lectorem monitum volo, apud quasdam nationes ex gesto magistratu virum obscurum, seu de populo selectum nobilem non effici: nimirum vbi in more est positum, ut præter eos, qui de nobilium ordine assumuntur, plebs & populus etiam suos sibi seligat magistratus, Tribunos, Decuriones, & huius notæ alios rectores: vel si cum turba populari Reipublicæ munera sint communia. Possent tamen in iis locis exemplo Romanorum etiam in ipsa plebe nobiles, honestæque familiæ enumerari. nam apud Romanos, ut superius meminisse dixisse, omnis Nobilitas proueniebat ex imaginibus, imagines verò ex gesto magistratu, magistratus ipsi cum Plebe erant communes. multa tamen in hac re immutant leges, mores, consuetudines, & statuta municipalia. Vnde nihil certè potest apud omnes definiri, quibus magistratibus annexa erat Nobilitas, sed à quibus eam conferri hominum communis reputatio pro more gentis existimauerit, illi conferunt, ait Bartolus magni nominis Iuriconsultus.

Bart. l. i. c.
de digni. lib.
12. n. 97.

Prudentia

Prudentia militaris altera, ac perfecta Nobilitatis causa. Vtrique Prudentia quadam communia. Indiciaper quæ differant. Fortitudo, & consilia militaria commendata. Militia clarissima, & quo pacto bona. In quo mortis genere eluceat Fortitudo. Ex occasione quasitum, timoræ, an audacia magis à Fortitudine discedat.

C A P V T II.

PRUDENTIA militaris est altera nobilitatis acquirenda præcipua, ac perfecta causa: quæ tametsi non discrepet à Togata, habeantque ex iis quæ recensuimus, multa communia, in quibusdam tamen sunt dissentientes. Huius rei extat vulgare documentum; quòd obseruare liceat indies viros in publica re administranda pacis tempore eminentissimos, minimum aut nihil in bello valuisse, simulac abeundum fuit in castra, vbi lituorum sonus, & militum ferocientium clamor obstreperit auribus. contra Imperatores bello insignes, pacatis bellis segnes, & desides legimus in pace extitisse, simulac ad Rempublicam sedandam à perturbatione hostili receptui cecinere.

Sed de boni Imperatoris partibus non est hic dicendi locus. illud solum animaduersione dignum; illustriorem Nobilitatem fortiri Imperatorem, Ducem exercitus, aut ductorem alium copiarum minorem, licet ipse non moueat, aut vibret tela, sed cuncta solum suo Imperio miles facessat. *Non minus est Imperatoris consilio superare quàm gladio.* Imperatorum quotquot sunt, fuerunt, erunt, scientissimus Cæsar ait. imò *vbi diu, inquit Sallustius, inter mortales certamen fuit vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet, tum demum compertum in bello ingenium plurimum posse.* Inde in re bellica consilio, non impetu opus esse, fuit monitum salubre. Carthago certè Duces qui temerario ausu, licet prospera subsecuta fortuna, bella confecerant, cruci suffixit: quod enim res bene cessisset, Deorum auxilio dandum,

Caesar lib. x.
bell. ciui.
Sallust. in
Catil.
Curt. lib. 7.
Valer. Ma-
xim. lib. 2.6.
7.

H 2 quod

quod ipsi in pugnam belluino more irruissent, ipsius vitio tribuendum. hoc voluit suis ducibus esset persuasum.

Secundo loco manent hæc nobilitatis præmia virum tum animi, cum etiam corporis fortitudine insignem, quem non terrent belli casus innumeri, sed audacter magna audet facinora. *Hæc laus olim præcipua in iuventute viguit Romana. sic se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici dum tale facinus faceret, eas divitias, eamque bonam famam, magnamque nobilitatem putabant: refert Sallustius in Catilina. Vnde talibus viris non labor insolitus, non locus vllus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus erat. & cætera, quæ pro testimonio idem habet scriptor. Hinc tot præmia, & honores ad bellica facinora illustranda apud Romanos, & alias gentes emanarunt. coronæ quàm diuersæ! murales, ciuiles, castrenses, nauales, vallares, obsidionales, Trophæa, statuar, ouationes, Triumpho, immunitates, de publico stipendia, & alij penè diuini honores. quod refer apud Græcos in conuiujs ad cytharam in bellis præclare gesta decantata.*

Ingenue fatetur Marius non posse fidei causa imagines, neque Triumphos, aut consulatum maiorum ostentare: at hastas, vexilla, phalæras, aliaque dona militaria, præterea cicatrices aduerso corpore non diffidit. *Hæc, inquit, sunt mea imagines, hæc mea Nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed qua ego pluribus meis laboribus, & periculis quæsiui.* Hanc viam Marius homo Arpinas obscuro loco natus ubi calcavit, septies ad consulatus apicem ascendit. Eadem via innumeri insistentes ad Imperia amplissima peruenere. Longum hic esset recensere quàm multos è facie hominum ad summos dignitatum gradus militia extulerit. Vetusissimos prætereo, à maiorum memoria paucos laud longius remotos recensuero, omnesque Italos, qui humilis fortunæ viri clarissima nomina sibi bellica laude vindicarunt. ij sunt: Braccius, Monronius, Nicolaus Picininus, Franciscus Carmagnola, Tartalia, Blasius Axaretius, Castracius Castracanus, quorum gesta prædicant historiæ: præ omnibus magnus est ille Sfortia ex Attendula familia, quem ab aratro ad Imperium militia euexit. Vnde extat illud Pontani maledicè dictum: *Dux ab aratro Sfortia.* Sed facti historia hæc circumfertur. Sfortiam nimirum dum agrum foderet, laboris fatigatum magnitudine, quasi indignabundum cælum inspexisse conditionem suam pertæsum. Deum tandem propitium precatus, quæ tractabat ligonem

in

in proceram quercum eo consilio intorsit, ut laborem iterum arriperet si decideret; sin autem inhæreret, quasi accepto omine contenderet in castra spe fortunæ melioris. Sed adhæsit ligo ramis implicatus, unde viâ aperuit Sfortiæ vitæ illustrioris. Historiam non improbant, imò eadem solitum gloriari Franciscum pronepotem sunt qui tradât, quasi ex eo ligone tam amplo imperio Sfortiadæ essent potiti. Hæc militiæ laus adeo Italorum pectora peruasit, ut vulgò illud circumferatur, duo esse unde nobilitas compareretur, militiam, atque rem literariam. olim apud Barbaros, & hodie apud Turcas nulla alia nobilitati via aperitur quàm militaris, præterea omnis aditus obuallatur.

Paul. Iou. in eius vita c. 2. Sabelli. lib. 1. Ennead. ultima. Bellonus lib. 2. obseru. Paul. Iou. & alij.

Quamobrem præclara quæque in bellis facinora miris laudibus ab historicis efferuntur. indeque factum est, ut quàm plurimæ familiæ superbo stemmate auorum, qui militarem viam ingressi, eam cum laude calcarunt, militarem ostendent fortitudinem. Notum est Vicecomitum Mediolani olim Principum insigne gentilitium: Vipera scilicet variis implicata spiris infantem ore euomens, quam Otho eorundem gentilis (sacro bello, cuius dux Gotfredus Bulionius) è Volucis Sarraceni galea detraxit nihil territus cum illo ad singulare certamen descendere, dum fortissimum quemque è sacrorum campo prouocaret. Is verò Sarracenus originem ab Alexandro repetebat, in eius originis insigni Viperam gestabat, ob id quod finxerat Olympiades à serpente se compressam, indeque ortum Alexandrum. Auctores historiæ sunt Iouius, & Alciarius; licet aliter interpretentur stemma Franciscus Petrarcha, & Gabriel Simeon. sed harum rerum monumentis pleni sunt lapides, & templa, sepulchra maximè iis ornantur.

Iou. in vita Mediol. Princip. Vicecom. Alcia. lib. de sing. certam. cap. 43. Franc. Petrar. lib. rer. memor. Gabri. Simeon lib. de Duc. Mediol.

Demum clarissima omnibus antiquis scriptoribus militia dicebatur, quod illi addictos redderet homines clarissimos. Quæ laus in eo fortasse est nostris temporibus coercenda, quod multorum iudicio perperam censueris, quemcunque militia illustrem fieri, simul atque nomen illi dedit. verum res habet in duce exercitus, ductore copiarum, aut Præfecto alio minore, qui ordines ducat. Cæterum non eadem elucebit claritudine miles gregarius, si nullo egregio facinore, vel ducis gratia ducente, gradum ascendat honoratiorem. tamen non sic laude sua defraudandus, si probè calleat, quæ sunt suarum partium, id est enim ex monito *Æmilij: Corpus habeat valde dissimulatum, Arma apta,*

Thucyd. l. 5.
Trinitine.

Animum paratum : vel illa tria apud Thucydidem. *Velle, Vereri, Obedire*. Imò vir bellica laude florentissimus illud erat solitus inculcare, militiam egregiè nobilitare, adeo ut quisquis militari cingulo cingeretur idem esset continuo nobilis. à quo dicto non aberrans fuit quorundam Iurisconsultorum opinio, idemque Perusij in Hetruria observari reliquit in suis commentariis testatum Bartolus. militiæ quoque tantum defert *Alciatus*, ut doceat sine nota ignominia posse virum Nobilem ad certamen singulare cum milite gregario descendere : quod is licet origine obscurus, militia tamen sit effectus clarus. sed ab hac opinione à multis est discessum. Veteris militiæ disciplina has, & illustriores sibi laudes vendicavit. Castra olim dicta quasi casta. nam quæ continentia Religiosior? quibus non mirandum quod memorat Scaurus apud Frontinum? *Pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio postera die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam*. ea enim erant antiquitus præcepta boni militis apud Vopiscum in Aurelio. *Nemo pullum alienum rapiat, ovum nemo contingat, vnam nullus auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annonam suam cõtinetus sit*. Sed qui circa ea multo plura scire cupit, legat Lipsiũ nostræ ætatis scriptorẽ. Bellica tormenta inflàmato pulvere explosa (Bombardas vocant à Bombo Græcè dictas) nostra & maiorũ ætate militarem fortitudinẽ eneruarunt. Auctoris nomen ad humani generis perniciem educati ignorari dicunt alij, memorant alij Bertoldum quendam talis machinæ inuentorem: Germanum fuisse conuenit. Sed satis pro mercede est factum quod obliuioni nomen sit datum, ne omnibus maledictis discerptum malè audiret. Habet multa Lipsius, quibus probet fuisse antiquitus Romanis bellicas quasdam machinas, quarum vsum hisce æneis tormentis vult antestare : siue sit in acie certandum, siue muri concutendi, siue in nauali prælio sit dimicandum. hoc tamen mihi, & multis haud ille imponat obvehendi facilitatem, & in explodendo stragem. Vnde iacet vis omnis bellica, & nullo fere his temporibus splendore est conspicua, qui maximus olim erat, cum pes pedi, iunctusque viro vir, virium robore, ac dexteritate aduersarium collidebat.

Bart. in. l. 1.
colum. 6. &
9. C. de dign.
l. 12.
Alcia. lib. de
sing. cer. c. 10.

Fronti lib. 4.
Stratag. c. 3.

Vopisc. in Aurelio.

Polyd. Virg.
de inuen. rer.
l. 2. c. 11.

Plato in La-
cheta & in
Protag.
Cicer. lib. 4.
Tuscul.

Sed cum fortitudo in rebus formidolosis cernatur (vnde Platoni, & Ciceroni dicta est scientia rerum formidolosarum) & maxime res vna formidolosa mors ipsa censeatur, cum extrema sit, ultimaque rerum linea, non erit alienum ab instituto de laudibus.

tribus militiæ sermone definire, in quo præcipuè mortis genere soleat illa elucere. etenim nō vnum mortis genus solet distingui; sed alij in morbis, in bello, in mari pereunt, alijs gladius vim affert, gulam laqueus obstringit: multi sibi mortem consciscunt. Verum concludit Aristoteles in libris Ethicorum. Fortitudinem in morte bellica esse positam, quod ea mors pulcherrima sit omnium. hinc Poëta,

Pulchramque petunt per vulnera mortem.

Virgil. 2.
Æneid.

Solet quippe non nisi pro rebus pulcherrimis ferè semper in bellis mors oppeti, quando Patria, liberi, leges, amici, libertas, Religio defenditur. eleganter Virgilius Æneam facit conquerentem, quod non sub Patriæ oculis occubuerit, sed in mari patiatur naufragium; felicesque vocat quos

Troia sub manibus alijs

Virgil. lib. 1.
Æneid.

Contigit oppetere.

Poëta Latinus Græcos est imitatus: Vlysses enim, atque Ajax; hic apud Sophoclem, ille apud Homerum, mortem ingloriam deplorant, in vñdis scilicet, non in bello eam obire gloriosam. Apud Senecam Tragicum hoc etiam est qui lamentetur.

Hom. rui
C. 1. 1.
Sopho. in
Ajace.
Sen. in Troa.

Quisquis ad Troiam iacet

Felix vocatur, cadere qui meruit manu

Quem fama servat, victa quem tellus tegit,

Nil nobile ausos pontus, atque vnda ferent;

Ignava fortes fata consument viros.

Pudenda mors est.

Hæc ex doctrina Aristotelica, quæ vera præcul dubio sunt, si in morte decus, & honestatem velimus intueri; sin verò solam formidinem attendamus, sunt qui addubitent. propterea quod mortem publicam, quam laqueus, rota, rogos, & gladius consciscit, esse omnium maximè formidolosam colligunt ob quinque causas. Primum quod meditatione mali impendentis diutius excruciet. nam manu carnificis periturus millies priùs, quàm mors appropere, emoritur. Secundò huc refer carcerum illiquies, mœrores, pædores, cruciatus mortis prænuncios. Tertiò in malis est ponendus pudor; quo homo ductus ad patibulum suffunditur, maximè si conscientia suos stimulos admoveat. Quartò illud omnino durum est, & ferri nequit; sanum rectèque valentem violenta morte obire: pugnare, & repugnare pro se ipsa natura. Quintò maximè etiam affligit futuri temporis, atque posteritatis

Card. de un
ric. 10. lib. 8.
cap. 4.

steritatis memoria, quæ vel penitus erit delenda, vel eam cum laude nemo de ipso vsurpabit.

*Arist. lib. 2.
Ethic. 6. 9.*

Quoniam verò sunt actus præcipui fortitudinis sustinere, & aggredi, proinde docet Aristoteles eam versari circa metum, & audaciam; hanc moderatur aggrediendo, illum amandat sustinendo. Vnde non abs re etiam facturum puto, si indagauero, timoræ an audacia à mediocritate magis distat. ut viri militares ex philosophia condiscant, quæ sint suarum partium in periculis: adeo ut si re ingruente moderata fortitudinis mediocritate non concedatur yti, metuere præstet an audere? Quæ scilicet ex iis minoris mali præferat speciem. Solet hæc disquisitio ad multas virtutes pertinere; ad eas præsertim, quæ cum constant in mediocritate (quales ferè sunt omnes morales) inter duo extrema collocantur. ex his verò extremis vnum magis, quàm alterum ex illa mediocritatis meta solet aberrare, longiusque, ut hac analogia utamur, exinde recedere. Liberalitas sit exemplo, quæ inter profusionem, & Auaritiam collocatur; solet quæstio moueri, profusione an Auaritia à liberalitate magis distet? quid vituperandum magis in beneficentia, deficere cum Auaro, an cum Prodigio excedere? hæc enim sunt extrema, defectus, & excessus. illud verò à medio minus distat, quod illius speciem magis effectat.

*Plato in Protag.
Alcin. de fin. Plat.*

Hoc quærimus in Audacia, & Timiditate, inter quas summa cum moderatione fortitudo interiicitur in neutram partem vergens; Nam fortes viri, ait Plato in Protagora, neque turpiter metuunt, si quando metuunt, neque turpiter audent; & Alcinous. Fortitudo, ait, in audacia, timorisque mediocritate versatur. Audaciam asserturus à medio magis abesse, mala, & ruinas ex eadem erumpentia enumerabit. nam timidus meticulosè faciendo sibi ipsi tantum mala parit; Audax & sibi, & aliis est exitialis. sibi certè dum instanti ruinæ non se subtrahit: aliis verò quod dum illi addunt animos spiritus audaces in quemlibet facit impressionem: præcipuè in tenues ab eodem furentes, & violenti fiunt: impetus verba sunt Varronis apud Nonium.

*Varro apud Non Alog. col. 2021.
Polyb. lib. 5. hist.*

Qui pote plus urget, pisces ut sape minutos

Magnu' comest, ut aues enecat Accipiter.

Audacia ergo est in causa, ut Atrocitas ipsorum vita piscium conformati possit: de quibus fertur quod cum eiusdem generis sint, nihilo tamen minus minorum perditio, maiorum sit cibus, & vita: quod ait

Polybius.

Polybius. Præterea sequitur Audaciam obliuio malorum, non subitæam periculorum recordatio: Timidus se colligit, in dubiis consultat, remedia exquirat. Cunctator, & ferè timidus Fabius, sed cunctando restituit rem: Audax magister equitum Munacius collega, sed temerè audendo in vltimum discrimen rem Romanam adduxerat.

Verùm ad fortitudinis moderationem propius accedere Audaciam, quàm Timiditatem hæc firmiora suadent. Affinior est Audax, quàm Timidus viro forti. nam si Audax sæpe in re parum nominis allatura vitam profundit, paratior habebitur ad casus forti viro dignos subeundos, cum occasio exegerit. idemque sese pro sua, & aliena re, saluteque tutanda armis obiciet necessitate ingruente, qui sæpe parum accommodato tempore ad omne periculum exponitur. Quare illud extremum in re nostra à moderata suæ virtutis mediocritate minus recedere est censendum, quod faciliori negotio potest ad medium reduci. sed ad medium fortitudinis minore labore reuocatur Audax, quàm meticulosus: propterea quod facilius est Audentem retinere, ac moderari, quàm excitare, & impellere timentem. Vtitur hac ratione in suis non indoctis de fortitudine commentariis Pontanus. planè de timido illud Plautinum verum est.

*Ioan. Pontan.
lib. de fort.*

Pugnabant illi maxumè, ego cum fugiebam maxumè.

*Plaut. in
Amph.*

De quo etiam illa, & sexcenta sunt alia. Quis timidus res maximas appetit? Timidi nullum faciunt in pugna numerum, sed præsentis tantum astant. vna Aquila sexcentas fugat aues. De Audacia illa sunt laudi propiora. Audaces fortuna iuuari: Audaciam in bellis pro muro haberi. nec perperam pronúciat Democritus: Audaciam principium esse actionis; fortunam verò fini dominari. Quod in Audaciam telum vibrabant, in Timiditatem retorquetur; quæ non modo sibi, sed aliis maximè est perniciosa. Quas non ruinas illa excitat? quas non monet turbas? metus audita Romæ Cannensi clade fuit auctor Urbis deserendæ, cui ni Scipio fortiter, & audacter restitisset, eo die de Urbe futura rerum domina esset actum. vnde periculo Republica liberata in fugæ suafores est seuerè animaduersum. metu suadente sæpe homines hostiles manus non expectarunt, sed eas sibi iniecerunt. quàm inconsideratè Deus bone ait Martialis.

*V. Ioan. Stobæ.
serm. 49.*

Hic, iugo, non furor est, ne moriari, mori?

Multos alios qui ab hoc labore sibi manus iniiciendi superse-

I

derunt,

*Alex. Aphro
di. probl. 16.*

*Isan. Stobaeus
serm. 49.*

derunt, metus ipse exanimavit nulla externa ope adiutus; modum pete ab Alexandro in problematis. Idem metus quàm magnū malū in Republica administrāda? Vnde Hierocles addubitat apud Stobaeū, imò sentit meticulosos, quos facile de sentētia populus paulò ferocior deturbat, nō posse ad Iustitiam peruenire. Quo crimine licet Audacia eidem non videatur carere: certè nos eam de numero virtutum, & perfectam vndequaque non suademus: eandemque à Fortitudine recedere non diffitemur; hac tamen conditione, vt Audacia quasi fortitudinis quandam speciem præ se ferat, quam non induit timiditas. quod est ab eo, quod neque deficit, neque excedit, minus distare.

Contentio inter Sagum, & Togam. Vtra splendidior Nobilitatis origo. Status quaestionis aperitur. Cedit Actio Contemplationi. Armis mera Iuris, & aduocandi scientia. Arma Toga. Id suadent ordo, quo annexa; Toga utilitas, & Actionis difficultas. obiectionibus satisfi.

CAP V T III.

DVBIUM olim, incertumque fuit, multasque lites moue
vix æquo compositas, verane an secus sit vox Ciceronis,
Cedant arma Toga, concedant laurea lingue

*Marcus An-
ton. Mure. l.
2. vari. lect.*

*Quint. l. II.
in pref.
Plut. in eius
vita.*

Neque alia tanti Oratoris nomini à plerisque nota inuritur, quàm quod suas laudes detorta saepe occasione minimè parcè commemoret. Nam cum gesta in consulatu aduersus Catilinam ad ostentationem vsque repetat in Philippicis, Catilinariis, Pisoniana, & passim alibi, tanta Reipublicæ bene gestæ prædicatio æmulis calumniandi sermonem dedit: vt est auctor Quintilianus, & Plutarchus. Verane dixerit, erit in præsentia nostra quaestio: rectène an intempestiuè fecerit, est alterius loci disquisitio. Pertinet enim ad suscepti ordinis, sermonisque institutum: Peritiāne militaris, an Prudentia ciuilis sit gentilitiæ nobilitatis splendidior origo? quod obscure, & subdubie apud plerosque inuenies definitum, dum id pertractant inter Arma, ac litteras
conten

contentione facta.

Hac in re Rhetoricus, vt ita dicam, prius est status aperien-
 dus, ambigüe scilicet dicta diuidere, & explanare oportet, vt ex
 rei ambigüe distinctione appareat quid in disceptationem ad-
 ducamus. Ac primùm non comparantur arma cum litteris ex
 sensu vulgi nudè acceptis, siue ex in humanarum, diuinarum-
 que rerum scientia, siue in appetendarum, fugiendarumque re-
 rum cognitione consistant. quandoquidem vix honore minimo
 dignæ habentur, si vmbatili tantum exercitatione contentæ
 non prodeant in solem, lucemque publicam bono publico non
 aspiciant. Imò in litteras vanales inuehitur L. Seneca. *Nullos,*
 inquit, *petius mereri de omnibus mortalibus iudico, quàm qui Philoso-*
phiam velut aliquod artificium vanale didicerunt. Quod etiam de-
 creuere nostræ leges: hoc nimirum debere primum Philoso-
 phum profiteri, *mercenariam se operam spernere.* Vnde rari sunt qui
philosophentur, definit alia lex. In sordido etiam homine, ac vitiis
 mancipato ne tantillum quidem lucent. nec placent Mario ex
 litteræ, *qua doctoribus nihil ad virtutem profuere.* Cuius rei fusior
 inferiùs sermo recurret.

L. Sen. epist.
109.

L. I. §. 4. ff. de
var. & ex-
traor. cogn. l.
sed & repro-
bati. §. 7. ff. de
excus. iur.
Sallu. in Lu-
gur.

Possent deinde fieri contentio inter Arma, & Iuris peritiam,
 patrocinandique munus. in quo sensu tanquam propriam caus-
 sam agentes hanc controuersiam disceptant Iurisconsulti. Lau-
 ream verò doctoris anteferunt sago militari. sed falluntur, si in-
 telligant meram Iurisprudentiam ad nullum Reipublicæ re-
 gimen euectam, sed intra suos patrocinandi, vel Iuris interpre-
 tandi limites inclusam esse militiæ præferendam. Non diffiteor
 laurea doctoris insignitos sibi plerosque Principum seligere in-
 consiliarios; quibus persæpe de loco cedunt viri militares. ve-
 rùm hac lucis portione destituta Iurisprudentia videtur pleris-
 que non æquè ac militia splendescere. Vtraque necessaria qui-
 dem est bono Politico, ex quo quicquid est honorificum deri-
 uatur. verùm magis expetitur militia. *scimus enim omnes res urba-*
nas, quod ait Cicero, omnia præclara studia forenses laudem, & in-
dustriam latere in tutela, ac presidio bellicæ virtutis. Nihil studia sa-
 pientibus prodesse, nisi beneficio rei militaris tranquillè vi-
 tam ducerent: & quod in re litteraria processus efficiant, illa dat
 securo frui otio. fructus enim militiæ laboriosos sibi decerpunt
 sapientes. Imò si ex labore velimus laudes demeriri, vera cen-
 sentur esse indidem illa Ciceronis pro Murena Imperatore ad

Cicero. oratio pro
Murena.

Cice. ora. pro
Mure.

Sulpitium Iurifconsultum, dum vterque nobilitate fretus de consulatu contendebant. *Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille ut quò intendit maturè cum exercitu perueniat. te gal-
lorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. tu actionem instituis, ille
aciem instruit. tu caues ne tui consultores, ille ne vrbes, aut castratapiant-
tur. ille tenet & scit, ut hostium copia, tu ut aqua pluuia arceantur. ille
exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. hæc ille: licet hoc
postremū sit aliqua censura, & interpretatione dignum. Nec est
quòd Iuriscōsulti suas leges depromāt. nam libentes damus ho-
norificè de aduocatis ab Imperatoribus, præsertim Leonio, &*

L. Aduoc. l.
2. C. de Adu.
dus. iud.

Cic. orat. cit.

Athenio mentionem fieri: attamē illorum studia pari passu cum militia nō incedunt. disponunt solum ad pares, similesve honores. *Quod si ita est, infert Cicero, cedat opinor forum Castris, otium mi-
litia, stylus gladio, umbra soli. Neque ipsius Ciceronis in hac re cō-
stantia desideratur, qui primū armis togam prætulit. ille enim
togæ nomine non Iurisprudentiam, sed gubernandi in pace ar-
tes intellexit, nedum vim, & facultatem oratoriam, quam etiam
postposuit bellicæ virtuti iis verbis. omnia ista nobis studia de ma-
nibus excutuntur, simulatque aliquis motus nouus bellicum canere
cæpit. Distinctam verò esse tunc temporis vim oratoriam à Iu-
risprudentia, imò hanc inferiorem, declarat aliis verbis. Quapro-
pter non solum illa gloria militaris vestris formulis, atque actionibus
anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longè, & multum
isti vestra exercitationi ad honorem antecellit. Itaque mihi videntur
plerique initio multo hoc maluisse, post cū id assequi non potuissent,
istuc potissimum sunt delapsi, ut aiunt in Græcis artificibus eos Aulæ-
tas esse, qui Cytharædi fieri non potuerint. sic nōn illos videmus, qui Ora-
tores euadere non potuerunt, eos ad iuris studiū deuenire. Nostris verò
tēporibus nulla hæc distinctio est. sed vera cōtēctio ex dictis pos-
set, exoriri inter Iurisprudentiam, sed Principis à consiliis, & mi-
litem, sed neque gregariū, verū copiarū præfectū, ductoremve
alicuius ordinis minorem: in quo sensu inferiūs dirimetur.*

Iurispruden.
defendit con-
tra Cic. Ste-
phan. Forcat.
I. c. Gallus in
suo Promet.

Ita ambiguus explanatis vera altercatio statuitur, quæ est in-
ter belli pacisque duas artes, vnā Imperatoris, alteram guber-
natoris boni, prudentiam, inquam, ciuilem & militarem. Sed ea
facultas est anteferenda, quæ est vtilior, difficilior, ordine præ-
stantior. Vnde quod virtus bellica primas tribuat prudentiæ ci-
uili, tria hæc suadent, ordo scilicet quo annexæ, vtilitas, & diffi-
cultas.

Etenim

Etenim, ut à primo exordiamur, scientia militaris obtemperat ciuili, ab hac dirigitur tamquam ab administra pacis, bonique publici. certè quantum actio cedit contemplationi, cum hæc dirigat, & imperet ex cognitione veri, tantumdem militaris prudentia defert, ac tribuit ciuili. Vnde optimi rerum publicarum institutores Plato, & Aristoteles artem militarem prudentiæ regendi populos subiecere. Hinc vulgata sunt illa: officia bellica non esse per se expetenda; laudem bellicam ad pacis officia referendam: Crudelis ingenij, & ab humanitate abhorrentis esse optare prælia, cædes, incendia, ut in re militari clarus efficiaris, ac summi Imperatoris laudem assequaris. nam, quod monet Cæsarem Sallustius, *sapientes pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otij sustentant.* Adeoque etiam in bona, iustaque causa finem malum non esse in bellis adiungendum præcipiunt Politici. Is verò finis parum rectus reputatur, cum arma non ad tutelam, & tranquillitatem Reipublicæ potissimum dirigis, sed ad vltionem, gloriam, Imperium, bella ex bellis ferendo, occasiones aucupando. Ambitione plenæ fuerunt multorum voces, quos indignabundos legimus conquestos, dum confectis bellis pax publica aliorum auspiciis sedabatur. Potior fuit istis bono publico proprii nominis claritudo. Alexander in primis patri, ac ducibus succensere solitus perhibetur, quasi verò si alieno imperio res prosperè cederent, nihil sibi reliqui ad gloriam superesset. Multa affert exempla, notatque Seneca eorum, qui bella non ad Reipublicæ tranquillitatem, sed ad proprii nominis splendorem retulerunt. Alexandrum ipsum in primis carpit, Marius, Cæsarem, Pompeium. de hoc illa habet.

Ne Cneo quidem Pompeio externa bella virtus, aut ratio suadebat. Sed insanus amor magnitudinis false modo in Hispaniam, & Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas, & maria pacanda vadebat. Ha prætexebantur causæ ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in Septentrionem, quid in Mithridatem, & Armeniam, & omnes angulos Asia traxit? infinita scilicet cupido crescendi: cum sibi uni parum magnus haberetur. De Cæsare æmulo prosequitur. *Quid C. Cæsarem in sua fata pariter, ac publica immisit? gloria, & ambitio, & nullus supra ceteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non potuit, cum Respublica supra se duos ferret. idem de Mario, & Alexandro non indifertè edisserit.* Militares igitur vigilæ cōtendere debent, ut pacem assequamur, sicut ad bonum do-

Contempla-
tio cum su-
apte natura
expetatur,
nobilior est
quàm praxia,
& excellen-
tior. Arist. l.
6. Eth. c. ult.
& l. 10. c. 3.
& l. 7. Poli. a.
2. Plato in
Philabo, &
de Regno. Al-
cia. lib. de
doctr. Plat. c.
c. 2. Maxim.
Tyri. serm. 6.
Constr. lib. 1.
de Repub.
Vene.
Sallust. de re-
pub. ordi.
Lips. lib. 4.
polit. c. 4.

L. Sen. epist.
94.

mesticum serui spectant labores. finis enim *Pax*, propter pacem bellum, ad quam tamquam ad finem ultimum refertur omnium consensu, sicut Oratori persuasio, & Poëtæ delectatio tribuitur. at verò finis omni re præstantior est, & sibi locum vendicat primum. Expressit hæc graphicè Alciatus non magis legum, quàm poëticæ consultus Typogalcæ in apum alueolum conuersæ.

Alcia. Emblem. 179.

*En galea intrepidus quam miles gesserat, & qua
Sapius hostili sparsa cruore fuit.*

*Parta pace apibus tenuis concessit in usum
Alueoli, atque fauos grataque mella gerit.*

*Arma procul iaceant: fas sit tunc sumere bellum
Quando aliter pacis non potes arte frui.*

Cicero 1. de Off.

Cassiod. 1. 3. epist. 10.

Cice. Philip. 2.

Thucydes apud Strabonem.

August. epist. 1. ad Bonif. in 6. noli existimare. 2. 3. q. 1.

Prælia enim, & bella pacis amore sunt gerenda. Nam aut res nobis negatur (est dissertatio Ciceronis) aut vis infertur. sed duplex disceptandi genus, aut per disputationem, aut vim, illud proprium hominis, hoc belluarum. confugiendum est ad posterius, si non licet uti superiore. cui concinit Cassiodorus. Tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud aduersarios iustitia non obtinet, si quiescentes ultro petimur. Hinc eodem Cicerone teste, Quietarum rerum cupidus quandoque si pace frui velint bellum est gerendum, etenim si bellum semel amittant, pace nunquam fruuntur. Itaque in bello tantum pacis finem prærequirunt sapientes, præterea nihil. Vnde Thucydides ait, Prudentis esse non lacessitam quiescere; boni affectum iniuria bello pacem mutare, quod si bene cesserit, iterum pro bello pacem inire. sub- scribit Antistes nostræ fidei Augustinus. Non pax queritur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Apparet ex dictis splendor Togæ, quæ suis artibus maturè bellum suscipit pro sui ipsius bono, & ornamento, ut scilicet in pace sine iniuria uiuamus.

Cicero 1. de Off.

Contar. 1. 1. de Rep. Venc.

Utilior deinde est prudentia ciuilis. Primum quod in bello gesta semel profunt, in pace cõstituta semper proderunt. Exemplis rem illustrauit Cicero, cum propriam causam ageret, Illud ego obiter hic notem, inde esse factum, ut optimi rerum publicarum institutores ad pacis functiones potius quàm ad belli munia condendis legibus debeant spectare, si longæuas, & æternas suas Respublicas velint. Animaduerrere plurimi hunc unum, & maximum errorem duas florentissimas Respublicas Romanam, ac Lacedæmoniam errasse. nam ad belli munia maxime

ximè spectantes nullam habuerunt officiorum pacis rationem. aduersariis verò sublati, otio marcescere, in deterius corrui, & paulatim senescere sunt visæ. imò cum foris hostes deerant intus quærebantur. quod iis non vsu venisset cum Imperij iactura, si potiora studia pacis, quàm belli habuissent.

Deinde parua sunt foris arma, nisi sit consilium domi, quo reguntur cuncta bellica. neque rectè quispiam dixerit desidem esse Reipublicæ administrationem, omnes à milite exantlati labores. *nam qui hac dicunt similes sunt*, ait Cicero, *ut si quis gubernatorem in nauigando nihil agere dicat, cum alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhaustiant: ille autem clauum tenens quietus sedeat in puppi.* Non equidem affirmarem eadem facere vtrum rogatum, quæ militares viri faciunt, vt neque gubernatorem quæ nautarum turba. *At verò multa maiora, ac meliora facit*, ait idem, *non enim viribus, aut celeritate corporis res magna geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia.* Exemplis refertæ sunt historiæ.

Postremò non modo vir ciuilis belli habenas regit, pro vt Reipublicæ conduxerit, verum etiam quod caput est, bellum alit, & sustentat. Nemò est qui eat inficias belli neruos esse pecuniam. *opus sunt opes, & sine eis nihil fiet, quod opus*, ait Demosthenes. imò *uniuersi Imperij neruos esse pecuniam*, clamat apud Dionem Mucianus. Sed, quod dixi, belli præcipuè. *Bellum est non in armis maximè, sed in expensis, & sumptibus, per quos efficacia arma, & utilia sunt*, legisse memini apud Thucydidem. At non aliunde quam è Reipublicæ rogato consilio proueniunt pecuniæ, cibaria, comæatus. Vnde licet otiosa sedere videatur, strenue tamen ipsamet toga pugnat. Bellum prudentia ciuilis præparat matura meditatione, quod illi obsequens suscipit celeriter scientia militaris. *Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius*, ait Quintilianus. Similis extat præceptio apud scriptorem rei militaris. *Antequam inchoetur bellum, de copijs expensisque sollicitus debet esse tractatus.* hos verò apparatus, & molitiones bellicas in pace, vel etiam in ardore belli sola ciuilis prudentia molitur. Ad hanc rem detorqueb oddetum, ac lepidum apologum, quo vsus olim Menentius Agrippa ad plebem conciliandam post discessum ab Vrbe in montem sacrum. Indignatas scilicet olivæ corporis reliquas partes sua cura, suo labore, ac ministerio ventri omnia quæri: Ventrem in medio quietum nihil aliud quàm datis

Cic. in Cato.
maio.

Cic. lo. vii.

Demost.
Olynth. I.

Dio. in Vesp.

Thucyd. I. 2.

Quintil. lib.
2. instruct.
Veget. I. 3. c.
3.

dati voluptatibus frui. Conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hac irā dum fame ventrem domare vellent, ipsa vñ membra, rotumque corpus ad extremam tabem venisse. inde apparuisse ventris quoque haud segne ministerium esse. Nec magis ali, quā alere eum reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusque diuisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem. Hoc commento pulchrè plebs est pacata; ex quo apparet, quā vtile sit togæ consilium, licet otiosum primo aspectu rem non introspectanti de sidere videatur.

Liui. lib. 4.
Idem lib. 2.

Difficilior demum est ciuili, quā militaris prudentiæ administratio, si vtriusque artis naturam attentè spectes. Dependet persæpe militaris ab euentu, cui non semel fortuna dominatur. Sed arte, & industria ciuis est regendus. Liuij gemma hanc rem consigno. *Illustribus ingenijs citius defuerit ars, qua ciues regant, quā qua hostes doment. quoties enim Pax foris parata est, domi impeditur.* ex eodem. Vnde discordiæ intestinæ Respublicas pessumdedere. Ita exquisitior pacis tempore ratio Reipublicæ habenda est. nam dum ciues pace stertunt, & torpent otio, si cum exteris res non geritur, ciuiles oriuntur dissensiones, quæ ruina omnes Respublicas labefactauit. Lacedæmonij diu satis floruerunt, exitium non ab externis armis, sed ab intestinis odijs comperies profectum, ipsa Roma, de qua extant illa Horatij.

*Non, Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem, creuit in Herculem.*

Liui. lib. 4.

Plus in Cato.

quoties restitit ingruentibus bellorum ruinis? & an semel externa manu illius Reipublicæ fauces fere compressæ? quoties tamen concordia firmabatur hostiles imperus amandauit. æternū duratura ni suis victa armis concidisset. vix ab externis bellis respirabat, cū repentè inter Patres, ac Plebē exortæ dissensiones, Tribunitiæ cōtentiones, certamina factionū. *Qua fuere, eruntque plurib. populis magis exitio, quā bella externa, quā fames morbiue,* Liuius ait. Vnde Romanis hostibus sæpe bello gratiæ actæ, quod ab intestinis odijs quieuerint. Nec fortasse vanū, & inuidēs Scipioni gloriæ Catonis consiliū fuit, quod semper habuit in ore ab ipso met. edoctus Scipione, vt Plutarchus scribit: scilicet Carthaginē non delendā cū Republica videri, ne de medio sublata Romana Urbis æmula Romanos ipsos socordia, aut discordia inuaderet.

deret. De morte Annibalis Poëta nescio quis, sed auctor valde bonus ad Romam conuersus cecinit.

*Tu quoque, Roma, doles, nam dum perit amula virtus,
In te conuerſi, qua geris arma, vides.*

Adhæc noua acquirere, an parta ſeruare illuſtrius? deſinit Ouidius,

Ouid. de arte aman. l. 2.

Non minor eſt virtus, quàm querere, parta tueri.

Imò maior virtus eſt meo iudicio, ſi vera eſt ratio, quàm ſubdit,
Cafus ineſt illic, hic erit artis opus.

Hæc virtus ſi Pyrrhum non defeciſſet, facile eſſet Imperio Aſiæ, Græciæque poritus, ſed, ait Iuſtinus, *ut ad deuincenda Regna inuictus habebatur, ita victis, acquiſiſſique celeriter carebat.* Ynde Pyrrhum luſori imperito fecit Antigonus ſimillimum, qui cum multa, & feliciter iaciat, iis tamen rectè vtendi modum negligat. De Auguſto refert Plutarchus ſolitum admirari, quoties audiret Alexandrum maxima terrarum parte ſubaſta addubitafſe quidnam per reliquum ætatis tempus facturus eſſet? admirationem illud faciebat, quòd Alexander non difficilius exiſtimafſet parum conſeruare Imperium, quàm magnum acquiſiuiſſe.

Iuſti. lib. 25.

Plutar. in A. poth.

Ex iis collige ciuiliſ prudentiæ dignitatem in Reipublica pacis tempore regenda; eius enim eſt opus arma ſedare, factiones compeſcere, à milite acquiſitum, quod difficilius eſt opus, conſeruare.

Leues quaſdam captiunculas ita ſolues. Sunt enim qui obſtiant magis neceſſariam eſſe virtutem bellicam, quàm ſcientiam togatam, quia ſcilicet illa eſt actio præſtantior, & ad Rempublicam quauis contemplatione conducibilior. Sed ij non ſentiunt à nobis in hac diſceptatione ſolum indagari quid ſit præclarius, & illuſtrius; non autem quid rerum praxi, atque vſui ac commodatius. Imò, ait Cicero in Catone maiore, *Dux ille Græcia Agamemnon nunquam optat, ut Aiadis ſimiles habeat deſema, at ut Neſtoris. quod ſi acciderit non dubitat, quin breui Troia ſit peritura.*

Cicero in Catone maiore.

Cæteroqui ſi liceret ex neceſſitate in rebus Politicis arguere ſplendorem; quid mercatura opportunius generi humano? ſed viles eam exercentes. quid arte piſtoria, & huius notæ aliis vſui humano æquè neceſſarium? ſed fordida illa habentur, fordidaque eas profeſſi. Nec valet quicquam conficere ſenſus quidem vulgi, & ſermo popularis, qui miris laudibus extollit bello inſu-

K gnes.

Piccolom.
grad. 8. c. 25.

gues. firmior, & constantior hæc laus apud doctos tribuitur togato viro. Cæteras, si quæ sunt aliæ, alicuius momenti obiectiones dissolues cum Piccolomineo duobus præsertim principiis constitutis. Primum est, militiam, quicquid agit, illud agere, ut instrumentum. alterum, Togæ contemplationem non considerari oportere seiunctam omnino, & remotam à curis publicis, & actionibus, sed quasi dominam (præter multa, quæ ipsa agit) iuventem in praxi à militia deduci quicquid ipsa è Republica fore speculatur.

Causse Nobilitatis adiuvantes. Virtus prima, & qualis. Ad voluntatem, an ad intellectum attinens? Voluntaria laudari. ex iisdem utra facultas sit in homine eminentior? sæpe virtus delitescit. Ad honores (quæ eiusdem præmia) evocatur. Potestates cõmit suo merito. Venales permiciose. Quæ via nobilitet. Privato viro an debeatur honos?

CAPV T IV.

PERFECTAS, ac principales parandæ Nobilitatis causas, utcumque expediimus; restant adiuvantes, & his proximæ. Primas (quod supra dixi) diceret Philosophus adæquatas, postremas verò inadæquatas: quippe quæ ad honores solum disponant. Ac primo loco virtus sese offert. de infra ergo cuiusque virtute, qua via ad claritatem generis contendat, est disputandum.

Arist. lib. 2.
Eth. cap. 1.

Arist. lib. 2.
Eth. c. 5. & 6.

Pro rato velim haberi ex virtutum distinctione, quarum alię mentem, intellectum, rationem; aliæ voluntatem, appetendi facultatem perficiunt; has postremas (morales dico) præ cæteris laudari. etenim cum ex certa Aristotelis doctrina, illud virtuti tribuatur, ut hominem eandem possidentem bonum faciat, illiusque opus bonum reddat, debet profectò illum numeris omnibus, ac partibus absolvere & perficere. verum hæc vis solis virtutibus in voluntate, & appetitu positis est peculiaris, & innata.

innata.vnde perfectarum virtutum nomen apud Morales for-
tuntur : quippe quæ alterius consortio non indigeant. carent
hac prærogatiua virtutes ad intellectum attinentes, & solùm
cum addito virtutes appellantur, ipsæque habentem, non vnde-
quaque perfectum, sed cum addito bonum efficiunt, id est, bo-
num Mathematicum, Rhetorem, Philosophum, non vndequa-
que, & absolutè, omnique in genere bonum. ita docent Theolo-
gi, & Morales.

Proinde virtus moralis, quæ scilicet mores perficit, excellit
sapientiæ; cum laudabile non sit, quod non est voluntarium. at
sapientiæ operationes necessariae sunt; sola moralis virtus ex
agendi libertate operatur. quod est opus homini supra cætera
conueniens. Duo enim munia obit homo, per quæ à brutis ani-
mantibus dignoscitur, velle, & intelligere. vtrique facultas sa-
pit aliquid diuinum; verùm si hæc duo (quod facit ad rem no-
stram moralem) veniant in comparisonem, intellectrici facul-
tati libertas agendi multùm antecellet. id colligitur ex emi-
nentiori modo operandi. mens enim siue intellectus necessa-
riò, voluntas liberè operatur. at necessariò operari est homini
cum belluis in multis commune. ex libertate agere solo animo
competit humano, cui virtutes morum ex hoc capite præci-
puè debentur. Hinc à Theologis ea diuisio est adinuenta in
actus hominis, & actus humanos. Primi generis actus sunt ho-
mini cum bestiis communes: nam bruta etiam necessariò ope-
rantur. Vnde in hoc conueniunt. Secundi generis actiones hu-
manas appellant, quas solus homo liberè liberas molitur. Iuxta
illud Epicteti in Enchiridio. *Res quædam in potestate nostra sunt,*
quædam non sunt. in nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium,
auersatio, & ut vno complectar verbo, qualibet nostra actiones. Ad
quod astruendum ea adduxit ratio Theologos, quòd illud ma-
ximè proprium sit hominis censendum, cuius ipse sit dominus,
& moderator. at huiuscemodi dominatus solùm in homine
perspicitur, cum indomitas, prauasque affectiones à ratione de-
sciscentes, virtutum moralium auspiciis, & imperio subiicit,
subiectatque. Fateor tamen in genere entis, & naturæ distractas
esse sententiâ doctiorum, vtra facultas, intellectus, an volun-
tas sit præferenda, & ad eam virtutes attinentes. Pugnant diser-
tè pro vtrique parte. sed quæstio merè philosophica non facit
in rem nostram. illud nobis in præsentia satis est in genere moris

Colleg. Com-
nimb.

D. Tho. 1. 2.
q. 56. art. 3.
& 2. 2. q. 23.
art. 7.

Arist. 1. Eth.
c. 1. & negas
esse dignum
præmio lib. 3.
c. 1.

Arist. lib. 7.
Phys. tex. 17.
& 18.

D. Tho. 1. 2.
q. 1. art. 1.

Bruta impe-
tu naturali
operantur,
nec tam agūt
quàm aguntur.

Dama. lib.
2. Fidei
orth. c. 27.

Epictetus in
Enchirid.
cap. 1.

Colleg. Co-
nim. lib. 3. de
anima cap.
13. q. 2.

D. Anselm.
de concept.
Virg. c. 4.
D. Bernar. l.
de libr. arb.
D. August. l.
12. de Civi.
Dei c. 6. Da-
mas. l. 2. Fi-
dei orth. c.
16.

(quæ est nostra disputatio) præferri voluntatem. quæ veluti Regina suo folio cæteras moueat satellites facultates, det leges, præscribat iura. Ab eadem facultate ortû ducere virtutes morales, earundem verò præmium esse honorem, adeoque Nobilitatem (quæ in Politicis maximus est honos) non semel ab Aristotele est statutum. imò si in comparisonem veniret vter honoratior habendus? isne qui honores accipit extraordinarios alicuius moralis virtutis ad voluntatem spectantis, an is qui merito alterius ad intellectricem facultatem attinentis? splendidiorem certè sensit idem Philosophus esse honorem qui virtuti morum, quàm qui intellectu positæ tribuitur. Haud etenim laude, & præmio dignæ sunt virtutes ad intellectum attinentes, quæ in cognitione sola sistunt. Probatur omnibus ea vox; homines non quia cognoscunt, sed quia bonum faciunt laudari.

August. l. 15.
de Civi. Dei
cap. 28.
Lactan. lib.
3. instit. cap.
16.

Vir bonus non dicitur, ait Augustinus, qui scit id quod bonum est, sed qui diligit. Ad boni verum amorem virtutes morum sensim impellunt. Lactantius etiam eleganter. *Qui docent tantum, & non faciunt, ipsi præceptis suis detrahunt pondus: bonum est recta, & honesta præcipere, sed nisi & facias mendacium est. & incongruens atque ineptum non in pectore, sed in labijs habere bonitatem.* A Lucio Seneca illud est. *Hæc in animo voluta, quod sæpe audisti, sæpe dixisti: sed an verè audieris, an verè dixeris effectû proba. hoc enim turpissimum est quod nobis obijci solet; verba nos Philosophia, non opera tractare.* Plura indidem habet Lactantius contra veteres Sophistas, qui non vtilitatem ex Philosophia, sed laudem, vel oblationem petiere: vt alibi Lucillium carpit, quòd virtutem definierit scire quod bonum, & malum est. *Verum scientia non potest esse virtus, ait, quia non est intus in nobis, sed ad nos extrinsecus venit.* Hinc res illa certa: Honorem esse præmium virtutis; aliam secum traxit dubiam, cuiusnam virtutis præmium honor censetur. Sed vult Aristotelis sententia, & aliorum quorum adduximus auctoritates, morali virtuti primas tribuendas, adeoque eum honorem qui in re Politica (Nobilitatem loquor) maximus enituit, eidem deferendum. sed tamen eo modo quo inferius explicabimus.

Lactan. lib.
6. instit. cap.
5.

Virtus ergo cui omnia parent, fasces quamuis superbos quilibet Majestate submittente, quæque si oculis cerni posset, mirificos sui amores, vt Plato aiebat, excitaret, iure, & merito sibi maxima vendicat, & singularia ornamenta. illius verò nomine com-

comprehendimus cumulata[m] illam virtutum complexionem, quæ versatur circa perturbationes animi sedandas, quæque possidentem, vt non semel dixi, verè bonum facit, id est, fortem, temperantem, iustum, prudentem, & aliis nominibus perfectum. Verùm si eadem virtus animo nimis Stoica omnia, quæ apud mortales sunt in pretio, irretorto oculo despiciat; vereor profectò vt hac Nobilitatis luce caruerit: qualiscunque illa sit, quæ tamen multorum oculos in se conuertat, multisque aciem perstringat. Vnde ex veritate, non ex opinione existimamus virum probum, & virtutis studiosum nequaquam posse nobilis familiæ laudari præauctorem, si is à rebus publicis velit ætatem procul habere. is certo certius lucem hominum auersatus in tenebris auitæ, & paternæ ignobilitatis delitescet. ita sanè se res habet; nec valet immutari hæc ciuilis societatis recepta institutio. erit enim reperire virum virtute clarum, genere tamen obscurum. Viden' vt nuda, solaque virtute non splendescat genus? si cui verò secus res appareat, iam vir agrestis, camporum cultor, quique in dies viuat in nobilium ordinem veniret, virtus enim maximè apud Rusticos diuersatur, & procul ab illecebris, & corruptelis vrbium colit rura, quam simplex oblectat, & allicit rusticitas. Scimus tamen Romæ, & Athenis agrorum curam plebeis, vrbis verò optimatibus demandaram. lex lata Romanis. *Patres sacra, magistratusque soli peragunt, ineuntque Plebei agros colunt.* Quod rectè an secus factum, quis addubitet? inepti quippe sunt Reipublicæ administrandæ plebei populares, vt opportuniore loco dicemus, quia genus est hominum indoctum, & agreste, quod vtile honesto antefert: vt innuit Cicero in duo genera homines dispartiens. Proinde iuro optimo: omni nobilitatis luce caruerint, si nulla recti honestique habitata ratione vtili tantum inhiant, quod à nobili viro, quem honesta decent, debet censeri valde alienum.

Dio. libr. 2.
Rom. anti.

Virtutis amatorum studia video in me concitasse, insurgunt. quid ergo, inquit, non morum nobilitas superabit auitum genus: ipsa sibi non præluxerit, obstructumque aliis ad laudem iter non sibi patefecerit? Planè respondeo has, & huiusmodi petitiones alias sua indigere censura. non enim ambigo affirmare aduersariis reclamantibus virtutem, id est, morum probitatem nulla plerumque, ciuilis nobilitatis luce splendere. Cæterum eadem constantia assero (qui scopus est nostræ dispu-

rationis, quam prae manibus habemus) quam saepissime nobilis familiae esse originem: ea tamen lege, ut è tenebris emergat, ut iacens humi subleuetur. Hac virtutis via recta, & cum laude pergitur ad nobilitatem. Vetus namque est opinio, honores virtutis esse praemia, unde olim *Honori, & Virtuti locata ades iunctim. Ad ostendendum*, ait Symmachus, *ibi esse praemia honorum, ubi sunt merita virtutis*. Ad honores enim, & publicas praefecturas se ipsa virtus est cuecta, & in bene constituta Republica verum est illud Plautinum.

Symma. l. 1.
epist. 2.

Plaut. in
Amph.

Virtute ambire oportet, non fautoribus.

Sat habet fautorum semper, qui recte facit.

Virtuti etiam ipse populus, si itur in suffragia, ad honores assequendos munit viam: ac repentem humi extollit Princeps, Rex: quae vera laus Regis apud Claudianum.

LECTOS ex omnibus oris

Euehis, & meritum, nunquam cunabula quaris,

Et qualis, non unde satius.

Pluta. in vi-
ta Syl.

Plutarchum Poeta est imitatus feliciter dicentem. *Ut venator non quare quod tali cane natus sit, sed canem: & eques equum ipsum, non quod ex equo (quid enim si mulus ex equo natus sit?) ita vir politicus tota via errauerit, si in rectore non requirat quis sit, sed è quibus.* Non tamen suis honoribus virum nobilem defraudem: cuius in publicis muneribus demandandis maxime ratio habenda est; nam si quis & morum probitate, & generis claritate conspiciatur insignitus, in hunc debiti ratio expostulat, ut ob duplicem excellentiam mira voluntatis propensione Princeps feratur. quod obiter sit dictum, ne huic tractationi politica admiscendo in messem alienam videar nimis ex professo falcem immisisse. Verum, ratumque tamen illud est, quod bono Reipublicae,

Emitur sola virtute potestas.

Optimè cum rerum administratione ageretur, si sola virtus sui ipsius pulcherrima mercede coemeret potestates: utinam pecunia turpes, & exitiales quaestus non inueniret. debet enim corrumpi, qui corrumpit. Laudabilis vox Alexandri Seueri ea est: *Ego verò non patiar mercatores potestatum, quos si patiar damnare non possum. erubescò enim punire illum hominem qui emit, & vendit: necesse est enim ut qui emit, vendat.* Maiore licentia Seneca inuehitur. *Pro-nuncias expoliari, & nummarium Tribunal audita viringue licitatione alteri*

Lampr. in
eius vita.

L. Senec. l. de
benef. c. 15.

alteri additi, non mirum: quando quæ emoris vendere gentium ins est. hæcenus ille, quod refert carmina Petronij.

Petron. Ar-
bit. Satyr.

Iam nunc iudicium nihil est nisi publica merces.

Atque eques in causa qui sedet, ampta probat.

Salvian. lib.
4. de gubern.
Dei.

Utrumque est imitatus Salvianus longiore quidem, sed non minus elegantiore ambitu verborum. Quid enim, inquit, omnium aliud dignitas sublimium, quam proscripcio civitatum? aut quid aliud quorundam (quos taceo) prefectura, quam præda? Nulla siquidem maior pauperum est depredatio, quam potestas. Ad hoc enim honor à paucis emitur, ut cunctorum vastatione solvatur. Quo quid esse indignius, quid iniquius potest? Reddunt miseri dignitatum pretia, quæ non emunt, commercium nesciunt, & solutionem sciunt. Vt pauci illustrentur mundus emertitur, unus honor orbis excidium est. Veram isti coguntur facere Marci Catonis lepidam sententiam, dicere soliti: Fures privatorum furiorum in nervo, & compedibus ætatem agere: publicos in auro & purpura esse visendos. At quamvis ante Iustiniani tempora nonnulli Imperatores cum honores deferrent, titulo suffragij pecunias acciperent (suffragij vox passim est in legibus pro pecunia usurpata: extatque titulus, ut Iudices sine quoquo suffragio fiant: id est, ut magistratus sine pecunia fiant: ut vertit Iulianus Antecessor,) hanc tamen corruptelam sustulit è medio ipse Imperator, cui iunior Theodosius præiit.

Aulus Gell.
lib. 11. c. 18.

C. l. 2. tit. 8.
l. 3. §. 5. l. 4.
§. 2.

Ausbert. ut
Iud. sine quo
quo suffr.
Codex Theo.
dos. lib. 9. tit.
27. l. ultima.

Rem ergo ut brevibus concludam, Virtus sua industria, populi, vel Principis beneficio ad Reipublicæ clauum iussa sedere, non mota prece, immota præcio publica cum laude tractat, in edita Reipublicæ specula constituta cunctis prospicit & providet. proinde eius fulgore allectis oculis, quos omnium in se conuertit, maximis honorum significationibus decoratur, hæc splendoris claritudine illustrata densas, & obscuras natalium tenebras dispellit, nobilis familiæ haud subdubiè futura origo. Hinc Mario *omnis ex virtute*, & Liuiio *omnis repentina*, & ex virtute etiam Romana orta dicitur Nobilitas. quod in Mario satis abundè virtus præstitit, & in aliis in dies præstat, ea tamen, quam tulimus, lege si in tenebris non iacuerit. Repete memoria veterum historias, quod efficiet rebus antiquis vel leuiter tinctus, recordatione usurpa nostra, & maiorum ætate annales, perlustra omnium gentium rerum gestarum incorrupta monumenta, maximam Nobilitatis partem, nominisque amplitudinem virtutis via compendiaria comperies instituisse.

Sallust. in Iu-
gur. & Liu.
lib. 1.

Vide Vell. l.
2. Rom. Hist.
Tiraquel. de
Nobili. c. 4.
n. 11.

Verùm

Sallust. in
Catal.

Verum cum multi ceteroqui bene morati, ac virtute optime instructi Pythagoræ arripiant consilium, & abstineant à fabis, id est, quod ait Sallustius, à Republica ætatem procul habeant domestico otio contenti, videndum est an isti tales digni sunt qui honorentur. Etenim videntur omni honore, adeoque nobilitatis aditu exclusi, dum vita à curis publicis semota delectantur. Docet enim Aristoteles honorem esse bonum publicum ei tribuendum, cuius multa extant in Rempublicam collata beneficia, non autem illi qui solus sibi vixit, cui apte illud Comici infusurraris.

Plautus.

Tibi aras, tibi occas, tibi seminas, tibi idem metis.

Pluta. lib. an
bene lateat
Ciu.

Inuehitur Plutarchus in auctorem Adagij, *se viue, vt nemo sciate vixisse.* quasi verò is homo magnis adiumentis Respublicas orbauerit. nam ciues industrios ab administratione publica deterrendo, eadem opera ab augendis hominum vtilitatibus retardauit. *Priisci illi mortales,* ait idem auctor, *egrotos palam curabant, eorum unusquisque si quid habuisset conducibile, quod vel ipse egrotans, vel alterum curans comperisset, consulebat ei, cui opus erat. atque ita ferunt artem experimentis natam in maius auctam esse.* Hoc ferme pacto optimi ciues bene consultando conferunt quæ habent, & publicas res gnauiter curant. Illud vulgatum, ortus nostri partem sibi patriam vendicare, partem parentes, partem amicos,

Plat. epist. 9.

Platonis est Architam Tarentinum ad Rempublicam capefendam cohortantis: ne vir probus aditum prauis hominibus relinquat. Quæ dico eò collineant, vt ostendant prohiberi ab honore hominem, quem delectat vita à curis publicis semota. Sed licet hæc auctore Aristotele dicantur, tamen est facendum, probos viros vitæ integros non omnino omni honoris luce spoliari, tametsi cum amplissimum, & splendidissimum honorem haberi fateamur, qui ob publico bono nauatam operam confertur. etenim constanter assero, hosce à Republica semotos prodesse etiam publicæ vtilitati: nam ad felicitatem vrbs illi etiam conspirant; quandoquidem dedecori, & turpitudini minimè seruiantes, cunctis se præbent honestatis, & virtutis exemplar perfectissimum conspiciendos. maxima sunt hæc in præclaris exemplis constituta Reipublicæ adiumenta. Verissima sunt illa Senecæ. *Nec enim is solus Reipublica prodest qui candidatas extrahit, & tuetur reos, & de pace bellæque censet; sed qui inuentum exhortatur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia virtute instruit*

L. Sen. lib. de
vita beat.
cap. 32.

animos,

animos, qui ad pecuniam, luxuriamque cursu ruentes pręnsat, ac retrahit, & si nihil aliud certę moratur, in priuato publicum negotium agit. Nos certę sumus, ait alibi, qui & Zenonem & Chrysippum maiora egisse, quàm si exercitus duxissent, gessissent honores, leges talissent: quas non uni Ciuitati, sed humano generi tulerunt. Pręterea post multa, & eximia, quę in libro de animi Tranquillitate in eandem recitat sententiam hæc subnectit. Nunquam est inutilis opera boni ciuis, auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest. Adde quod si vera in eo virtus egerit radices, occasione exigente, publicas priuato otio curas anteponet, nullaque optimi ciuis munia detrectabit. Hic amor Serrano de manibus excussit aratrum, qui nullam quietis iacturam magnificet, dummodo Reipublicę tempore periculoso subueniret.

Idem lib. de
Trāq. animi.
c. 33.

Scientias an Nobilitas sequatur? latę acceptum illarum nomen. Quinquepartita ex Aristotele intellectus munera. Ab his omnes scientiæ deriuata. Artes ali Honore. Quoin pretio Laureæ doctoris. Insignia, Liber, Aulus, Birrus, Osculum quid portendant. Iurisconsulti quid de se sentiant. Quid de medicina.

C A P V T V.

De cęteras Nobilitatis caussas accedat sciętiarum peritia & disciplina, si homo tamen iis instructus sordidę non vixerit. hac enim moderatione vera cęseo multa, quę de scientiis prædicantur. illud præsertim; *Doctrina facilę exornat generosum, quæ ex obscuro nobilem facit:* quod est Cassiodori.

Cassiod. l. 1. epist. 7.

Scientiæ vocabulum nõ angustius restringe, sed communiorē notione communiùs extende ad omnia intellectuicis partis munera, & facultates. Aristoteles Princeps Peripateticus quinque habitus explanauit, quibus noster animus affirmando, vel negando verum dicit. ea sunt mens, scientia, sapientia, ars, Prudentia. à quo numero exclusa opinio, quod natura sua ambigua fallat persępe, & mentiatur. Vnde illam pulchrę Plato veluti Androgynum medium quiddam esse nuncuparat inter id quod

L est, &

est, & id quod non est; quæ diuisio non est temerè adinuenta. nam cum duplex existat nostri animi pars (intellectus dico) quæ vera pertractat, Theoretica scilicet, ac Practica; istius munere aut agit, aut efficit, & hinc Prudentia, & ars. prioris verò ope aut vera speculatur cum mentis quadam agitatione, & discursu, aut sine eo, aut permixtim: & hinc Scientia, mens, & sapientia ortum habent: mentem appello habitum quem vocant Philosophi principiorum, & distinctum esse probant ab ipsomet intellectu.

Ab hisce quinque quasi fontibus cæteri scientiarum humanarum riuuli deducuntur, quorum originem propiùs attingunt Metaphysica, Mathematica, & Physica. Deinde numeràtur illæ mixtæ Arithmetica, Astronomia, Musica, Geometria, in quas Pythagoras, Plato, Aristoteles, & Boëtius Mathematicas sunt partiti. Huc accedant artes quamplurimæ liberales, quæ liberum hominem deceant, & quæcumque doctrinarum genera sunt praxi rerum accommodata, licet ad intellectum attinentia. Quæ omnia præstantissima sunt in suo genere non vno sanè nomine, siue res (obiectum vocant) quod est verum, siue facultatem, in qua consistunt, velis spectare. Non pugnant hæc cum eo quod est à nobis supra definitum: dum illa postposuimus moralibus virtutibus, id liquidò apparet nostram distinctionem recolenti: sed artium, & scientiarum vberior diuisio habetur in Lamia Politiani. nostrarum partium est statuere generatim, an ad Nobilitatem admittendæ.

Scientiæ cum possint Rempublicam iuuare, mouent Principem ad hominem eruditum non infimis honoribus illustrandum. *Iter ad capeffendos magistratus sepe litteris promouetur*, ait Symmachus. quam viam multi hodie calcantes, cæteroqui orti ex parentibus parum notis, sua industria summa dignitatis fastigia ascenderunt. Is verò honos Principe, vel Republica iubente exhibetur viro litteris imbuto, vt omnes ciues habeant persuasum sua quemque, suosque labores præmia manere. *Honos quippe aliis artes, & exemplo accendimur ad studia gloriæ. Ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus emula alitur exemplo honoris alieni.* concinit Sallustius. *gloria industria alitur, ubi eam dempseris, ipsa per se virtus amara, atque aspera est.* Id aduertere prudentes quique viri, quos experientia edocuerat. Lysander in primis eam censuit bene constitutam Rempublicam, quæ præmiis virtutem inuicaret.

Symma. l. 1.
epist. 20.

Symma. l. 10.
epist. 25.
Sallust. de Re-
pub. ord.
Plutarch. in
Aposth.
Liu. l. 7.

taret. *Nihil non aggressuri sunt homines, si magnis conatibus magna premia proponantur.* ait Historicus Patauinus. exemplo Dei prosperè res cederet, qui ita se gerere visus vel Comico Poëtæ in res humanas.

Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque & videt, Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.

Plut. in Cap.

Hinc fit vt homo disciplinis eruditus suæ scientiæ opes debeat bono publico impartire; nam secessibus omnino deditus, vt de virtute supra edocuimus, merito nobilitatis publica luce defraudatur. multi docent ad constituendam nobilitatem conducere cuiuscunque generis virtutes: sed ea conditione omnem virtutem splendor ille comitatur, si otio, & secretis recessibus inimicam se exhibeat, hominesque beneficiis afficiat de bono publico optimè merita. Non enim Philosophi, quantumvis excellentibus polleant scientiis, si in vmbriiferis Academiis ab hominum societate seiuncti delitescant, splendescere luce gloriæ videntur. exemplo sint Druydæ apud Gallos, & Gymnosophistæ apud Indos. nam ob id quod sibi potius placebant nihil fructus ad communem mortalium vitam afferentes, nobiles nequaquam audierunt. multas etiam extitisse legimus apud Græcos familias, quæ sola contemplatione delectatæ multarum rerum cognitione polluerunt. sed inter patricias non recensentur, propterea quod virtutes illæ vsui, vtilitatisque publicæ in eis nequaquam floruerunt. Non modo igitur œconomicè, sed politicè scientiæ exerceantur, id est, præter domesticum bonum, publicum etiam intueantur.

Inter scientias, ac disciplinas, quæ ex vmbra prodeunt in solem, lucemque publicam bono publico aspiciunt, viget nostra tempestate laurea doctoris; post certa studiorum exacta spatia, & doctrinæ comparatæ experimenta solita concedi: adeo vt ea insignitus non incongruè nobilium ordini adscribatur. Traditur illa certis, vt dixi, doctrinæ experimentis, & præscripta verborum formula, & insignibus statutis. Insignia verò potissima sunt quatuor; Liber, Anulus, Birrus, Osculum. Liber primò clausus, deinde apertus: quasi illis hoc incumbat, vt indignis clausa, doctis ea mysteria pandantur. quàm rectè hoc dicatur non laboro. Anulus est proximus, qui inseritur digito minimo sinistræ: quod ab eo neruum productum tenuissimum cor attingere sit Anatomicis compertum. Vnde is digitus quia cordi annexus

*Gell. lib. 10.
cap. 10.
Plin. l. 103.
cap. 1.*

eiuscemodi honore decoratur. non absurdius addiderim, Anulum olim equestris ordinis, & virtutis bellicæ insigne nunc Doctoribus concedi, quasi verò ad eum gradum euecti cum equestri nobilium ordine adæquentur. suggeret optimè alia, vt hæc etiam circa Birrum, & Osculum Alciatus, quò nimirum illa pertineant.

Alcia. lib. 8.
Parerg. c. 10.
L. Mag. C. de
professis &
Med.

Dignitatem laureæ Doctoris licet non rarò mores, merita, & scientia hominis eam expostulent, illius tamen Princeps est verus, & munificus largitor: quamuis aliis, publicis scilicet doctissimorum hominum collegiis, suas vices deleget.

Cinus in lib.
providendum.
C. de postu-
lando.
Salice. ibidè.
Bart. & Lu-
cas de Pena
in l. Iudices.
C. de dignis.
l. 12.
Bald. in l. ne-
mini. C. de
aduoc. diuer.
iud.
Plutar. libr.
pro nobilitat.
Spart. in Iub.

Quam ob rem acriter Iuriscòsulti suam tuentur dignitatem: imò non quouis nobilitatis gradu contenti, maximis se dignitatibus æquiparant. Est ex iis, qui doceat, illustrem fœminam Comitibus titulo insignitam non contrahere turpes nuptias si matrimonio Iurisperiti se adiunxerit. *Quid Nobilitati honorificentius*, ait Plutarchus, *quàm à diuinâ illa æqui boniquè disceptatione, æquitate, iustitiæque originem duxisse?* Vtuntur præterea auctoritate Spartiani in Iuliani vita scribentis: *Italiano Imperatori qui post Pertinacem imperium est adeptus, proauus fuit Saluius Iulianus bis consul, præfectus Vrbi, & Iurisconsultus, quod magis cum nobilem fecit.* Vnde nō tam Iuliani proauum Saluium ex gemino consulatu, & præfectura, quàm ex Iurisperitia commendat. Sed in hac re illud Iuris & Aduocandi peritis difficile exhibet negotium, quod quasi mercede, & pretio, vt artes reliquæ seruiles, suam videantur operam locare. hanc tamen maculam ab eorum nomine inferius abstergemus, in eorum gratiam non pauca hoc de argumento verba facturi. Dubitant iidem an Doctor vili quidem genere natus, sed litteratus, nobili, & erudito pariter sit præferendus, quasi verò ille veniat magis commendandus, propterea quod nullo maiorum exemplo incitatus virtuti, & doctrinæ comparandæ se accinxerit. Sed sanior pars postremo primas tribuit, quem duplex gloria, sua nimirum & auita exornant. in qua parte vera censentur illa Claudiani.

V. Tiraquel.
de Nobil. c.
5. n. 5.

*Plus est seruasse reperiunt,
Quàm quasisse decus.*

Plutar. l. pro
Nobi.

Iisdem suffragatur Plutarchus aliis verbis. *Quique virtuti duci comitem nobilitatem adiunctam possederit, iure præferri his, qui nobilitate generis destituantur profitebor.* An verò mero nobili merus litteratus præferatur, isti fauent, si illius mera claritas maiorum honestis

nestis moribus non seruetur; quam præ litteris virtuti annexis volunt fordescere. Pari modo definiunt Doctorem vtriusque legis præferri Doctori alterius tantum: quasi verò duo vincula sint vno fortiora. quæ & huius notæ alia nostræ tractationi fortasse insuauia, & parum accommodata, apud ipsos legas legum peritos, & interpretes. Sed ad medicos transeamus.

*Hosti. & Pan-
nor. de consa.
& affi. cap. 1.*

Quamuis medicinam multi appellent vitæ magistratam, atque artium materialium illustrissimam, quippe cui omnes sint pedis-
fæque quæcunque sunt ad vitam victumque necessariæ: neque enim sola coquinaria, quod Plato aiebat, medicinæ serua est, sed etiam Agricultura, Architectura, & quæ omnes ad vitæ cultum diriguntur; de medicis tamen res est obscurior vtrum sint ad Gentilitiam nobilitatem admittendi. licet enim medicinam, vt dico, proficuum, & humano generi pernecessariam nonnulli fateantur, facultatem seruilem olim habitam, nec nobilitatem suo alumno dare, multò plures censuere. Qua in re, vt in aliis multis, mos & consuetudo Regionis est attendenda. haud enim vbique gentium medicina sordida censeatur. Sunt multæ Vrbes, in Italia præsertim, ac regiones, quæ professos medicinam licet à publicis honoribus excludant, iisdem tamen, quæcumque nobilibus irrogantur, priuilegia concedant, neque artem viro nobili parum dignam censeant exercere. Quinimò legimus medicos olim summis, ac pene diuinis honoribus affectos: nam vt raceam statuas, quas illis posuit antiquitas, Cæsar eos ciuitate, Augustinus anulo aureo donauit: quod tunc tēporis equestris ordinis, adeoque nobilitatis insigne fuit. Iurisconsulti rotundè negant medico nobilitatis aditum patere. Vnde miror tantū studij & otij insumpsisse Tiraquellum in medicina commendanda nescio, an sugillanda: dum rem gemino, quod aiunt, ab ouo exorditur, ac rei medicæ explicat originem, initia, incunabula, incrementa, scriptores, & alia minutiora. sed ea multa fatetur ipse potius à se congesta ad ingenij exercitationem, vel alius dixerit, ostentationem: quæ legentes verè tædio afficiunt.

*Inl. Cas. Sen.
lig. l. 3. Poëti-
ca cap. 1.*

Verùm si rem velimus semotis gentium moribus ad sua principia reuocare, eum gradum, & ordinem politicum in Republica medicina debet obtinere, quem vtilitas ex ea redundans bono publico expostulat. Sed de hac eius vtilitate, quantum profuit, multi addubitarunt: adeoque de hoc nobilitatis Gentilitiæ honore, qui solum ob præclara in Rempublicam

merita solet suo iure concedi. scimus Romam vltra annum sexcentimum medicis caruisse: hos deinde receptos, simul ac fuit experta, eiecit, & damnauit. Haud enim tātum vtilitatis vifi

Plinius lib. 28. c. 1.

Medicorum errores cum mortuis sepeliri. Rip. de pest. remed. 1. n. 34.

Medici officiosissime hominem occidunt. est dictum Luc. de Penna in rubr. C. de profes. & medicis.

Seneca lib. 6. de benef. c. 28. idem loc. cit.

sunt attulisse. de illis eleganter Plinius. *Discant periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est.* imò, quod magis idem scriptor admiratur: cæcutire in hac re homines videntur, nam illi, *Hoc ipsum mercede faciunt, ut fides ijs sit, & facilius disperdant in hac arte* (ita profectur) *sola euenit, ut cuiusque medicum professo statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius: non tamen illud intuemur: adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo.* Hactenus Plinius amarulenter in medicos. facetè etiam Seneca. *Miles bellum optat in gloriam. Agricola annona caritas erigit. eloquentia exceptat pretium litium numerus. Medicis grauis annus in questu est. Institores delicatarum mercium iuuentus corrupta locupletat.* Quæ tamen ex eodem Philosopho: *Gravissima infamia est medici, opus querere. in quo deridet etiam medicos Philemon,*

Dum optant alijs malè esse, ut ipsis bene sit.

Quis iste porro? medicus. ô quàm sese habet

Medicus malè omnis, nemo si malè se habet.

Idem lib. 6. de benef. cap. 38.

Nimirum non grassante morbo: *Quorum tituli*, idem Seneca alibi ait, *remedia habent, pixides venena.* Adagium inde natum. Aliud in titulo, aliud in pixide, parum enim prosperè cedunt, quæ multa remedia sese habere profitentur. Frequenter ipsimet indigent elleboro, quod cerebro laborent. maiora quàm ferat conditio humana sibi vendicant diuina affectantes. Ad Agefilaum Spartæ Regem ita memoratur scripsisse Menecrates Syracusanus. *Menecrates Iuppiter Agefilao Regi salutem.* cui iste ut hominis insaniam rideret. *Agefilaus Menecrati sanitatem.* Sed in eos licet ista, & alia id generis iactentur, non tamen adeo medici notantur, ut à nobilitate sint hac ratione excludendi. Sunt enim hæc maleficia hominum, non artis. in eloquentia, aliisque artibus ingenuis multi maximos processus effecere, quibus si ad nequitiam abusi, non sunt tamen ipsæ disciplinæ improbandæ.

Idem lib. 7. de benef. cap. 13.

L. 1. §. Diuus. ff. de var. & extraor. cog.

Medicus si omnia fecit ut sanaret, peregit partes suas: pro medicis habet idem Seneca. Quemadmodum damnato reo oratori constat eloquentia officium, si omni arte vsus est. quod item nostræ leges decreuerunt. illud sanè pro certo asserere non dubitamus, cum gradum Politicum in Republica medicos obtinere, qui

qui est infra Iurisconsultos: nam præter hominum communem in hac re sensum, res ipsa per se loquitur. Licet enim demus prosperè cedere medicinæ suæ artis præcepta, & ex ipsius præscripto rectè agere; tamen corporis valetudinem aut amissam recuperat, aut solùm conseruat. Iurisprudentia dum cuique quod suum est tribuit, illud certè efficit, vt animum tranquillet, adeoque in pace sine perturbatione viuamus. Medicina herbas, & radices varias; virtutes, moreisque integerrimos Iurisprudentia ostendit. illa corporis morbos, hæc animi agilitates depellit. tantò autem præstat animi sanitatem, quàm corporis valetudinem tueri, quantò est ipse animus corpore præstantior. Illud demum pro medicis non taceam, vbi sordida eorum ars reputatur, posse contingere, vt pro maximo Reipublicæ commodo, maximis ornamentis illustretur. nimirum si exigente occasione magnum aliquod publicæ salutis afferat emolumentum. *Medici publica sanitati sæpe consulunt, & sanitatem aegroto restitunt:* definit lex. Vnde *medico in maius gratia referri non potest: solet enim & medicus vitam dare.* Dum enim contagio vel pestis grassaretur artis suæ præstantia morbos, & mortem ipsam à ciuium corpore arcere, saperet aliquid diuinum. quo pacto olim multis medicis statux positz, erectæque fuerunt, dum imminentibus morbis præsentia remedia adhibuere. Non est etiam dubium quin Princeps, quem sibi medicum asciuit in consiliarium luce nobilitatis faciat splendescere. quæ prærogatiua multis Archiatris solet concedi. Medicum Principis illustrem vocant, & Duci æquiparant leges, & interpretes. Hi procul dubio nobili familiæ dant originem.

L. fin. C. in quib. cas. res. long. temp. transcrip. L. Sen. l. 3. de benef.

l. 1. C. de com. & Arch. Sac. Pala. Iaso. in rubr. de Trocu.

Diuitiarum vis, & efficientia. An nobilent opes peruetusta. Diuiti qui honestus aditus ad Rempublicam. Vanales honores vituperati. Diuitia sine virtute sordescunt. Publicanus summotus è Republica.

C A P V T VI.

P E s, & diuitias censerì suo modo causas nobilitatis effetrices ex libro 4 Politicon, & aliunde edicimus. Verùm ad hoc

Arist. 4. Polh

hoc, quod de diuitiis quæri solet, non parum nostra explicatio profecerit. nam si ea propositio; Diuitiæ nobilem efficiunt, nuda, simplex, absque alio additamento enuncietur, parum firmitatis obtinebit. Falsò enim existimaueris quoscunque opulentos esse nobiles, & vbicunque est opulentia, ibidem reperiri nobilitatem. Quisque homo potest diuitias possedisse; vel vilissima seruitia, qualia olim priscis Cæsarum temporibus indignationi, & admirationi fuere Sciani, Pallantes, Natales, Narcissi, Tyrannique alij minores. Vndè rectius cum Lactantio, & communi sensu hominum pronuncio: *Diuitia non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores.* Hoc illud est, quod docent multi, diuitiis suum honorem deberi, non planè si solæ, & nudæ considerentur, verùm quatenus virtutis instrumenta segetem præbent, & materiam bene de aliis merendi. secus verò ex sensu vulgi multi multa, imò omnia videntur diuitiis tribuere. Tale imprimis est illud Philemonis acroama: Amalthææ cornu non esse quare bubulum fingatur, argenteum rectius depingi. quod si possederis, & tenueris & iam plena, & abunda manu omnia fundet: amicos, possessiones, nobilitatē, coniugia, honores, eloquentiam, pulchritudinem. consentanea huic dicto est facultatum notio à Iuriconsulto excogitata. quasi verò ideo opes, & diuitiæ facultates indigerentur quòd agendi præbeant facilitatem, iuxta illud Horatianum,

Lactan. lib.
5. Inst. c. 6.

Lessius de
Iust. l. 2. cap.
32. Dub. 2. n.
9. & 10.

Ioā. Stobæus.
Facit lex Pec-
unia. ff. de
re. signif.

Bald. in l. re-
cep. ff.

Horat. l. 2.
serm. saty. 2.

Omnis enim res

*Diuitijs paret, quas qui contraxerit, ille
Clarus erit, sapiens, fortis, iustus, etiam Rex.*

Nimirum vt significet venalia omnia haberi: cuius ordinis sunt illa.

Horat. lib. 1.
epist.

*Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam Regina pecunia donat*

Cice. in Ver.
2.

Hastis pugna argentatis, & omnia vinctes: Philippi Macedonis fuit dictum. illud est etiam Ciceronis. *nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.* quasi etiam arcium sit, & locorum domina. Sed in ditem solis opibus confisum rectius eiusdem Venusini Menam libertum insectantis intorseris conuicium.

Hora. lib. 4.
Ode.

*Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.*

Vt taceam in opes meras, & diuitias nullam honestatis speciem inducas cætera à Poëtis scommata coniecta.

Placuit

Placuit nonnullis solū nouitias (*nihil est insolentius nouitio diuiti-
te: Seneca pater ait,*) nō antiquas opes à nobilitate prohiberi. vnde isti in diuitiis peruetustis nobilitatem collocarunt. quod visus est subindicare non vno in loco Philosophus Stagyrites. imò ex nostris Hieronymus ad Heluidiam definiens mundi nobilitatem, de qua est noster sermo, nihil aliud esse ait quàm inueteratas diuitias.

M. Senec. l. 2.
contr. 1.

Hieron. epi.
ad Helm.

Qui hoc propugnant eo forte adducuntur argumento, quòd non tam succenseamus diuiti maiorum industria locupletato, quàm nupero opulento: siue quia peruetusta minus quàm recentia sint inuidiæ, & obrectationi obnoxia: siue quia illius maiores, suppeditante opulencia facultatem ad lautè vivendum, vitam non duxerint sordibus inquinatam. Quæ & aliæ interpretationes benignè effingi possunt. Huic assimilem protulit Dantes Aligerius nobilitatis definitionem ex nescio cuius Imperatoris placito prolatam. *Nobilitas est antiqua aris, ac diuitiarum possessio cum pulchris regiminibus, ac moribus.* Quæ descriptio minus sanè à vero distat; addit enim comitem virtutem, & imperia adiungit. eam tamen in decretis Cæsareis non reperiri affirmat Bartolus magni nominis Iurisconsultus. aliunde verò eam Dantem didicisse suspicatur; ne virum arguat mendacij.

Arist. lib. 2.
Rhet. cap. 9.

Bart. in l. 1.
C. de dign. l. 11.

Arist. lib. 4.
Polit. c. 2.

At nostra opinio, cui subscribit Aristoteles, audacter asserit diuitias censendas non esse nobilitatis causas primarias: ad eam tamen, si cum virtute incant societatem, non parum conducere, disponere, adiuuare. *Huic præter ornamenta natura census ad honestatem confert,* ait alicubi Symmachus in cuiusdam commendationem. hinc est quòd opes inter causas nobilitatis non perfectas quidem, adiuuantes tamen numerauimus. etenim cum ad generis, gentisque splendorem cursim perrexerit, qui publicos honores est affecutus, usus iam, & ratio edocuit, opes & diuitias Reipublicæ aditū deobstruere obuallatum. non quia laudabiliter se gesserit, ac præter ignominia, seu ambitionis notam, qui vanales habuerit honores. & *paria non sunt qua dissari arte quaruntur,* alibi Symmachus. *Bonis artibus ad imperia, & honores nitendum, non furtim, & per latrocinia. Perinde quasi Pretura, & Consulatus, atque omnia alia huiusmodi per se ipsa clara, & magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinet, virius est.* Salustius in Iugurtha. (in quam sententiam superius cum de vir-

Symma. l. 9.
epi. 7.

Symma. lib.
10. epi. 15.

Salust. in
Iugur.

M tute

tute ageremus eximia retulimus.) Sed quod opulentos nulla vili arte sorditatos, magnanimos, plerumque liberales, nec qui pecuniis digladiantur, offendamus: ad has enim dotes mirum in modum conferunt opes & diuitiæ. Princeps porro, & is cui animo cura obuersatur viros incorruptos rebus publicis præficere, huiusmodi viros iubet cum aliis ad clauum, & gubernacula sedere: scilicet apprimè Reipublicæ vtiles futuros. mercaturam professos solum excipio, vbi ea parum honesta reputatur.

L. rescript. ff.
de mun. &
hono. L. ad
subeun. C.
de decur. l.
10. vbi Lu.
de Penna.
Arist. 3. Po-
lic. Plutar. in
vita Solonis.
Ioan. Stobæus
serm. 4.

Hinc factum est, vt à publicis honoribus pauper lege arceatur, vel certè illi (nisi in magna aliqua re excellat) diues præferatur, quando res in controuersiam veniret. etenim qui egestate & inopia premittitur, quique obæratu alieno æri viuitt obnoxius ad administrationem inepti, & parum vtiles putantur. causam habes apud Stobæum.

Vir qui pecunijs fuerit inops, manuque potens,

Non continebit se, sed possidentium opes rapere solet.

Paterculus
l. 1.

Quando istis Urbium, ac prouinciarum gubernatio committitur, verum esse comprobant quod de Quintilio Varo scripsit Paterculus. *Syriam, inquit, diuitem pauper ingressus, diues egrediens, pauperem reliquit.* quare passim est lege cautum ne pauper tametsi genere clarus, publica negotia administret. visus est enim Legislatoribus domesticæ potius, quàm rei communi consulturus. De qua re plura delibabimus acturi an paupertate splendor nobilitatis extingatur.

Arist. lib. 4.
Pol. c. 3.

Itaque diuitiæ ad nobilitatem quidem conferunt, verum non sine virtute. sed virtutis nomen strictè, & presè non interpretis: satis est illius nomine designasse virum diuitem nulla turpi arte sordidatum. neque ea virtus, vt causâ altera proxima, vel adiuuans desideratur, sed tantummodo vt conditio quædam est requisita. In hoc sensu vtramque coniunxit nodo extricabili Aristoteles: veterem scilicet opulentiam, & virtutem. ita ex diuitiis formam nobilitatis expressit; nequis animum inducèret opes quantumuis peruetustas sine virtute nobilis familiæ esse notas. Quo pacto Institor, & benè nummatus mercator nobilium ordini cum cæteris publicanis essent adscribendi. quæ res satis absurdi conuincitur, cum isti tales apud plerosque homines artes sordidas exerceant, aliæque ratione à Republica regenda sint summo. Præceptum enim est Politicum, vt etiam à publicis

blicis negotiis, & consiliis exulent publicanus, Institor, Mercator, & id genus alij. Quid enim præclari, elatique bono communi ille cogitauerit, qui auaritia laborat, & lucri cupiditate detinetur? pestis est hæc eiusmodi, vt nulla perinde exerceat genus hominum, nullaue rebus publicis sit capitalior. vænalia enim habet omnia, fidem subuertit, ac probitatem. Sapienter cautum fuit apud Thebanos, nequis ad Rempublicam in consiliarium accederet, quin prius decem annos à commerciis, & mercatura abstineret. de qua re plurimæ vbiq; gentium prodire sanctiones.

Arist. lib. 3.
Poli. c. 3.

Sed quod iuuent opes ad nobilitatem, pro coronide addidit institutum illud Romanorum, è quorum fontibus in re ciuili multa haurimus. nam quo primum tempore ciues in ordines, & classes distinxerunt, ex censu fuit prima diuisio. Augusti etiam Imperio equestris census quadrigentorum millium fuit, id est, decem millium Philippicorum: duplo maior Senatorius. Voluere diuitiarum præsidio etiam nobilitas splendet. Solonem ex censu creasse magistratus refert Aristoteles in Politicis. imò in statu, & constitutione Oligarchica soli diuiti patet aditus ad Rempublicam. Quàm rectè verò ex censu magistratus selignantur non est huius loci definire. Faciunt tamen verba Plinij quæ obiter recitauerim, dum vnâ & præcipuâ perdendæ Reipublicæ causâ censum agnoscit. *Posteris, itaque, laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit postquam Senator censu legi captus, index fieri censu, magistratum, Ducemque nihil magis exornare, quàm census.*

Lin. lib. 1.

Arist. lib. 3. Pol.
lib. c. 10.

Plin. lib. 14.
hist. natur. in
proem.

Princeps an nobilitet? Quid afferat Philosophus moralis, quid Iurisconsultus. Præmia optimè meritis distribuit. Consiliarios qua luce illustret. De Adoratione Sacra purpura. De Armis Gentilitijs pauca delibata.

CAPVT VII.

PRINCIPIS nomen latius volumus patere, quàm apud nonnullos posset sonare. quo vocabulo intelligimus ve-

Ripa lib. 2.
resp. cap. 26.
Bart. & alij
in lib. 1. C. de

M 2

nire

*digni. l. 12.
Tiraq. de no-
bi. cap. 6. n. 6.
¶ 7.*

nire non modo Reges, & Imperatores, sed Regulos etiam alios minores, quibus tamen ius competat legum condendarum, quique, ut dici solet, non agnoscant supra se superiorem. Ab iis verò diuersi pro diuersitate dignitatis gradus nobilitatis instituntur.

*Bart. Bald.
C. de din. re-
scrip.*

Hanc quæstionem breuiter expediuere Græci Imperatores. etenim in suis legibus tum ij nobiles habentur, quos promiscuè Princeps voluerit; cum etiam quos idem aulae domestico ministerio addixerit: hac via vel vilissimis id splendoris impertiere.

*Buda. in rub.
ff. de nata. re-
stitu.
Rebuff. in l.
restitu. i. ff. de
verb. signif.*

Legum verò interpretes disertissimi Bartolus, ac Baldus nè latum quidem vnguem ab ipsis legibus discedunt, bonarum nobilitatis partem Principi, si ita libuerit, acceptam referentes. subscribunt cæteri Iurisconsulti. Porro ea solennitas qua quis iussu Principis nobilis efficitur, eleganter dicitur iisdem Natalium restitutio, aptene an ineptè non definitio. Certè eam notionem ex ipsis Iurisperitorum antesignanis alij probant, alij damnant. Hæc ex legibus & his consentanea elicimus. nunc ad cultiorem Philosophiam transeamus.

*Arist. lib. 8.
Eth. cap. 7. ¶
11.
Cicero de ami-
citiis.*

Mihi planè Princeps an nobiliter, sub duplicem considerationem videtur posse cadere: aut enim illum ut priuatam personam intuemur, aut ut publicam spectamus. utroque modo dat causam nobilitati acquirendæ. nam quod spectat ad primum, constat ex scientia de moribus inter imperantem, & parentem, id est, inter Principem, & subditum posse vinculum intercedere amicitia. id astruxit in Nicomachicis, & Eudemicis

*Symma. lib.
1. epi. 1.*

Aristoteles: Cicero in suo Lælio. Duplex quippe genus afferunt in amicitia, quam vocant excellentiæ, seu præstantiæ. Etatis vnum, alterum imperij. Etatis quidem genus est senis aduersus iuuenem, & similiū. Imperij verò est mariti aduersus vxorem, Magistratus & Regis aduersus subditum. Vtrumque genus amicitia non æqualitatis, sed supereminentiæ appellarunt. propterea quod ea paritate, qua pares congregantur, omnino careat; neque Arithmetico iure utatur, sed Geometrico. *Præter æquum censet, qui inter dispares, par obsequium requirit;* ait Symmachus. non sanè paria in iis amicitiiis officia videmus: proportionem potius & analogia quadam rependuntur. Vnde amicitia hæc officiis analogicè præstandis continentur. Satis enim factum est subditorum, & Principis muneri si illi præstent quæ par sit, & iste

iste exhibeat, quæ partes suæ expostulant. Hoc pacto hæc amicitia coalescit , publica que solet dici , à qua nemo ciuium prohibetur. Sed tamen ex hoc capite malè conficiunt nonnulli ea Principis amicitia subditum nobilem fieri : nam cum publica illa sit, omnesque cunctorum ordinum ciues pertingat , iam ad gentis generisque splendorem vel de fæce populi euocarentur. Verùm, meo iudicio, si quem sibi Princeps in familiarem domesticum selegerit , eoque priuatim familiariter vtatur , rectius ex hoc capite possumus inferre , quem sibi Princeps ex subditis in huiusmodi asciuerit amicum , eadem opera nobilem efficere. siquidem ea lex viget inter amicos, vt si ex amicis alter excellat, is se inclinet, & accommodet minori: quo scilicet pares, & æquales quoquomodo efficiantur. Quæ lex ex eo vulgato ortum habuit ; Similitudinem esse matrem amoris: & , simili similem gaudere : cum paribus pares congregari. vbi enim nulla adest æqualitas , ibi amicitia vlla esse nequit. Itaque Princeps vt sui ipsius , & subditi infra se positi conditio aliquantisper adæquetur, non sese deprimit , sed illum extollit. vnde qualiscunque sit ea paritas, vel leuiter adumbrata, certè non ex Principis decremento, sed subditi prouenit augmento. Augetur verò dignitatibus, opibus, honoribus, aliquando immerens ; & quasunque honorum significationes habet in pretio res humana, exhibentur à Principe , & amico, in hominem mirificè propenso. Hæc est pulchra Philosophi moralis ratiocinatio , quo nimirum pacto homo vel obscurus posset nobilis generis facere initium si opera Principis accedat, intra tamen parietes domesticos inclusa.

Secundo loco quod attinet ad Principem personam publicam indutum , multis ille non videtur nobilitatis esse auctor, nisi quem nobilem iubet bene etiam de Republica meritum comperiat. Secus enim æquè difficile censent ex ignobili nobilem quemquam effici, ac ex stulto sapientem Principum beneficio quemquam reddi: itaque rident Græcos Imperatores , qui domestico vsu, & obsequio, aliosque Principes, qui cera & scriptura obscurissimos nullo postulante merito nobilitatis luce perfundunt. Princeps potius præmiorum sedeat arbiter, quemque pro nauata industria in Rempublicam opera suo modulo dimetiatur. nam hoc pacto varias exhibendo honorum signifi-

*Pag. libr. de
Nobi.*

*Plato l. 3. de
Repub.*

cationes nobilitatis aditum, malè de bono publico meritis obuallatum, bene merentibus aperiet. Quod non modo honestari, & rationi consentaneum, sed planè necessarium esse, ne salus publica labefactetur, existimarunt. Plena sunt virorum doctissimorum commentaria, & referta his sententiis. vnius Socratis dissertatione apud Platonem in tertio de Republica libro contentus ero. Homines enim ita à Deo efformatos, vt iis qui nati, & apti essent ad imperandum aurum immiscuerit: argentum verò iis qui ipsis Rectoribus in communire, & salute publica tutanda nauant operam. auream illam gentem, hanc argenteam appellat. aream & ferream tertiam fecit ex agricolis, atque reliquis opificibus conflatam. Sed quoniam euenit plerumque vt ex argentea sobole aurea enascatur, & interdum argentea ex aurea; debet proinde ea cura Principi incumbere, vt diligentius inspiciat quid in cuiusunque animis sit immixtum, quæue metalli vena oriatur. si quid æreum, & ferreum in iis animaduertat, ad opifices, aut agricolas releget. sin verò aliquid aureum, aut argenteum eluxerit, eos rebus agendis præficiat, & honoribus condecoret. hi quippe imperiis administrandis nati, aptique censentur. illud pro certo habeatur, Urbis, & Reipublicæ statum labefactandum viis omnibus, si æris, aut ferri custodiæ committatur. Hæc est Socratis dissertatio apud Platonem de Principis officio. ex qua maximè prohibetur ne æs aut ferrum, hoc est, ingenium humile nulla in re excellens, ad Reipublicæ gubernacula admoueatur. Quamobrem cum in Principis manu non versetur, vt animus demissè, humiliterque sentientis ad elata, & magnifica contendat, possit tamen excelsum viri animum debitis ornamentis afficere, meritò hunc hominem nobilitat, illum eadem luce non perfundit. Vnde Princeps à multis non tam dicitur tribuere nobilitatem, quàm præclare institutam nobilitatis rationem, egregiasque hominis dotes, cæteroqui parum notas, reddere conspicuas, atque illustrare. Adeoque si merita antecedant, magnificiendæ sunt hæc Principis iudicia, aliter verò nō ea nobilitas, sed inanis nobilitatis species videtur appellada. Vox Imperatoris Sigismūdi certè est audiēda, qui homini subrustico, & moribus inculto, enixè efflagitanti, vt nobilis iuberetur Imperatoris placitis facillimè, respondit, posse te diuitè efficere, nobilem haud possum. nimirum ne præmia honoris essent,

essent, vbi merita virtutis non apparerent.

Præclarum fertur de eo viro iudicium, quem sibi Princeps in Consiliarium elegerit. cuius viri dignitas ex ipsamet notione nominis dignoscitur. præstat scilicet consilium in publicis Reipublicæ negotiis: inde totius rei summa dependet. Refertur Socrates in Platone dicere solitus: *consilium esse rem sacram; neque diuinius aliquid esse de quo quis consulere queat, quàm de institutione sui atque suorum in arte gubernandi.* in Alcibiade etiam ait: *Hominis ars, & scientia gubernandi Respublicas nulli alia dicitur, quàm boni consilium.* Hinc est quod Lampridio in Seuero satius è Republica fore videtur, si malo Principi boni consiliarij assiderent, quàm si bono Principi assiderent mali. Vnus enim per plures emendatur, at plures mali ab vno bono nequeunt superari. Sed cui arcana Principis commendantur, debet illi plurimum pectus sapere. Prætereo prudentiam, & reliquas, quas fusè prosequuntur Politici, virtutes: præ aliis silentium desideratur. Vnde est è Grammaticis qui consilium non à consulo, sed à consileo deducat. notum illud Alexandri factum, qui detracto sibi anulo, & Hephestionis ori admoto, quæ dixerat quasi voluit consignari. Apud Persas taciturnos, & fidos optimates extitisse, apud quos silentij quoque numen cultum vult Ammianus. *imò vetus Regum disciplina*, ait Curtius, *silentium vite periculo sancit, linguamque grauius castigarunt quàm aliud, probum; neque enim res magna possunt sustineri ab eo, cui tacere graue sit, quod omnium facillimum voluit esse natura.* Vnde, ob rei grauitatem religio est addita: iuramento, ne arcana euulgentur, consiliarij deuinciuntur. quod iam ob antiquis temporibus deductum, auctor est in Gordianis Capitolinus. Extant Cæsarea decreta, quibus detectores secretorum pœnis iniuriæ, & damni puniuntur. Eamdem legem apud Romanos extitisse, quæ consiliorum, proditores, & transfugæ viuos exuri iubebatur, auctor est Paulus Iurisconsultus. Inde ob delicti atrocitatem Consiliarius, seu Decurio, qui Principis, vel Reipublicæ detexerit secreta, loco periuri habetur, (quia astrictus sacramento) ab officio, & dignitate deturbatur, imò loco hostis reputatur. quam ob rem Consiliarius his virtutibus instructus ad eum gradum Principis iudicio euectus merito, vel patre ortus Plebeio, luce nobilitatis solet posteros illustrare.

Demum Imperatores olim quos suo lateri adhæsisse permiserant,

L. spur. ff. de Decur. V. Tirag. de nobi. c. 2. n. 2.

Plat. in Phad.

Læpr. in ciui vita.

Curt. l. 4.

Pithcl. in Gord. l. si quis testam. ff. ad l. Aquiliam. l. si quis aliquis. §. tradit. §. de pœnis. l. omne delictum. §. exploratoris. ff. de re mili.

L. 1. Cod. de
prap. lab.
l. 12.

L. 1. Cod. de
Dō. & Proa
l. 12.

Philip. Ro-
ben l. 2. c. 4.

serant nobiles hoc honore iuebant. *immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.* sunt verba Anastasij. illa Valentinij, & Valentis. *pœna sacrilegij erit, si hys honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt aestimati* Mos verò adorandæ sacræ purpuræ non admodum vetus à Constantino primùm, si Ammiano credimus, ortum habuit. Quæ adoratio honoratioribus tantùm personis, vel beneficij loco, vel ratione tituli permessa. De Primicerio testatur Cassiodorus. honos is habitus amplissimus purpuram accipere deosculandam, quod (Majestatis insigne porrigere) appellabant. qui verò ad sacræ purpuræ tactum erant admissi, eam tangebant, & ad os venerabundi admouebant. qui mos non obsoleuit, sed est hodie in vsu, cum magnos Præsules honore volumus afficere. nostris temporibus pro magno habetur in Hispania Regum manum deosculari. qui honos cum exteris haud promiscuus, solis indigenis concessus est.

De Armis Gentilitijs.

Ioan. Rainu.
tract. de nob.
Parnorm. in
cap. dilect. de
excess. Prala.

Quoniam non immeritò sunt qui censeant eadem opera à Principe nobilitatem conferri, quæ stemmata, & insignia familiarum confert alicui (quasi verò soli viro nobili ea liceat deferre, quemadmodum olim cum delectu ius imaginis ponendæ fuit concessum) ideo opportunum hoc loci visum est pauca de armis gentilitijs subtexere. etenim insignia, quæ vulgò arma gentilitia appellamus, inuenta primùm ad bellicos ordines distinguendos, eadem decursu temporis sunt translata ad politicos quosdam gradus diuidendos. ob primam sui originem insculpta armis, adeoque arma dicta (licet stemmata dicantur elegantius,) affixa galeis, vel depicta scutis. Virgilius,

Æneid. l. 7.

Clypeoque insigne parentum

Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.

Planè à militia, quæ prosperè cesserit hæc insignia ortum habuere. ob egregiam operam præstitam tanquam virtutis insigne erant concessa; per quod suæ virtutis specimen præberet, genusque nobilitaret, & ad similis facti memoriam excitaret. Hinc tot Castella aliis depicta quot ceperint pugnando. qui stellis scuta distinguunt, lucem rebus patriæ afflictis attulisse ostendere volue

voluerunt; & alij alia, quod videmus, pro re gesta assumpserunt. Quamobrem insignia Gentilitia iure sibi vendicat nobilitas, cui ius armorum competit, quemadmodum olim ius imaginum, & statuarum solis magistratibus fuit concessum. id aduertit Annæus Robertus ex Cassaneo fortasse qui arma Gentilitia in ius imaginum docet esse subrogata, paremque honorem ijs habendum perinde ac Principis imagini. Sed licet non extet Cæsareo iure cautum, ne cui liceat pro libito arma Gentilitia assumere, solent tamen meritò Principes laudari qui lege cauent ne quis prius ea deferat, quin ex maiorum successione deuenisse probauerit. Facetè docuit Vir doctus eo commento hominem subrusticum stemmata familiæ solis nobilibus deberi. Petierat bonus homo recenter ditatus messium prouentu, ut arma sibi, ac posteritati effingeret. annuit vir prudens, & risit hominis impudentiæ: eaque comminiscitur. In campo spicis, & messibus referto assurgat, ait, suis pomis bene onusta pyras, cui vitis adhæreat suis foliis, & adminiculis arctè arborem complexa. hoc tibi, & posteris erit debitum generis insigne. Rus abit homo, & rusticorum turbam arbitram vocat, ecquid de stemmate sentiret sciscitatur, illi primùm stemma laudare, in eo deinde aiunt displicere quod nomen vel cognomen non monstraret. iterum Urbem festinus homo repetit, & quid in stemmate desideraret aperit viro dicto. cui ille; imò maximè tuam gentem stemma monstrat. nonne ex vite, & pyro possumus elicere vituperiū? at vituperio tua digna domus, quæ nondum vomere relicto ad nobilitatem, & ea quæ nobilibus debentur, per summam impudentiam audet conuolare. Vnde licet olim humiles familiæ minutori, & humiliori aliqua nota designarentur, nobiles tamen arguebant magnificentiora, & generosiora stemmata. Hinc Aquilæ, Dracones, Léones, & alia grādiora animalia. Scimus Davidi Regio psalti, reliquisque Iuda Regibus Leonē fuisse, ex euentu fortasse discerpti ab eo Leonis, si vera narrat in Cabala historica Rabbi Abraham. Leo ensifer Pompeio: Dario Aquila Draconem vnguibus retinens: Mariannæ familiæ Alexandri Magni imago: ipsi Alexandro Sphinx: Augusto notæ efformatæ in ordinem, & speciem cælestis Vrsæ, ut reliqua nostri temporis taceam innumera.

*Anna. Robert.
l. 4. rer. iudi.
cap. 4.*

*Constit. P.
demon.*

*Grego. Tolos.
lib. 6. de re-
pub. c. 16.*

*Plutarc. in
eius vita.
V. Gre. Long.
l. 4. de anul.
signif.*

Sed mos iste apud plerasque gentes obsoleuit: apud quas nihil

N

est

Panor. in c.
dilec. de ex-
ces. Pralat.

est tam vulgare quàm quauis nota arma Gentilitià effingere; vel artes sordidas professi id sibi arrogare non verentur. Quorum vsum, vt dixi, tametsi homini plebeio & ignobili leges, & Iura nequaquam interdican, vetant tamen ab eo assumi insignia, quæ nobilis familia vsurparet. Filius maximè primogenitus apud nostras, & exterarum nationes defert insignia familiæ paterna (materna assumere ambitioni vertunt Iurisperiti) vt in eo, ait Bartolus, veluti in stipite familiæ stet splendor genituræ. Discrimen est apud Gallos, & in Italia apud multos est in vsu, apud quos ea viget consuetudo vt solum primogenitus ita stemmata deferat, pro vt à patre obuenerint, cæteri qui subsequuntur filij aliquid admisceant, vt hac differentia inter se familiæ ab vno deductæ stipite dignoscantur. Spuriis sunt qui arma paterna penitus interdican, cum ea tamen varietate aliqui concedunt, si lineam, barram vocant, à sinistro latere in dexterum tendentem transuersim ductam clypeo addiderint. Cæteri à dextero in sinistrum possent adiacere, ne impuris ortinalibus arguantur. Verùm insignia Gentilitia ita hodie rectè effinguntur, si scutis appareant depicta, quibus Galea superimponitur cum hac tamen distinctione. Principes, Duces, Comites, Marchiones, & Dynastæ omnes Rege, vel Regia potestate vrentibus inferiores galeam præcingunt aurea corona. Baronibus solum est aperta galea, cæteris nobilibus clausa. sed Dynastæ quos recensui debent clypeis, seu galeis coronam adiacere Regiæ absumidem, nullis scilicet extantibus floribus, in modum circuli, quam Zonulam appellat Cassaneus, eamque deriuat à flaminis dialis lanceo filo. Verùm illi nostra tempestate coronam clypeis adiaciunt Regiæ omnino similem, id est, liliatam. Pauca hæc de armis Gentilitiis à me sunt addita, ne mutila nostra tractatio appareret. qui multo plura & eximia de hoc argumento cupit haurire præter Cassaneum, & Bartolum adeat Ioannem D. Hollander, qui in dissertatione de nobilitate libro prodromo ad Flandricas familias ab iis quicquid in hac re est fusè dictum, breuibus expressit. ibi de metallis, de coloribus, de Tymbro, & aliis id generis, vt breuissimè, ita & doctissimè.

V. Ioan. Maria. de rebus
Hispa. l. 18.
cap. 13.

in

*An Nobilitas locum habeat in Tyrannide? ab ea
sepe eiecta, vel oppressa. Nobilitas domi illustrior quàm
foris.*



C A P V T V I I I.

QUANTUM sub optimo Principe nobilitas se extollit, tantum in dominatu Tyrannico deprimitur. Princeps enim non modo magnam habet Nobilitatis rationem, verùm etiam Familias ingenuas collapsas erigit, intermortuas renouat, redactas ad interitum extollit. Quod optimi Principis officium ita expressit Pànegerystes ad Traianum. *Si quid unquam stirpis antiquæ, si quid residua claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in usum Reipublicæ promit. sunt in honore hominum, & in honore fama magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Cæsaris: cuius est, ut nobiles conseruet, & efficiat.* Sed è contrario cum Reipublicæ occupato dominatu, vel legitimo Principe eiecto violentum est vnus Imperium præter mores, atque leges, tunc Tyrannis fœda est Nobilitatis strages, & calamitas. quod nonnulli putant euenire, quasi verò à Tyrannide seruitutis quoddam iugum ceruicibus nobilium imponatur; vnde illi oppressi iaceant. sed posset reuera adhuc Nobilitas constare, neque censerem sua luce illam destitui, tamen si fatear tamquam in propria sede requiescere vel in Republica optimatum, vel in Regno cui præsit Rex legitimus ad illud electione, successionem, aliaue via euocatus. Quod ex illo Aristotelis rectè probatur: qui non censet seruos, quos seruire indignum est; vt definit de iis, qui fuerint in iniusto bello capti: imò de viris etiam nobilissimis licet bello iustam causam dederint. sed aliunde censeo prorumpere nobilibus ruinam. Nam cum Tyrannus, teste Aristotele, ad nulum respiciat commune bonum, nisi gratia proprii commodi, spretisque gentium, ac naturæ legibus subditorum bonis, ac libertate ad libidinem abutatur: hinc fit, vt Tyrannicum dominiū occupantes, ne habeant vnde timeant, honestas, ac splendidas familias euertant, ac præsertim generosos tollere de medio semper agitent. conscij nimirum, *quod in maximis animis,*

Plin. ad Traianum.

Aristot. lib. 1. Polit. c. 1.

Aristot. lib. 5. Polit.

Cicero 1. de off.

splendidisque ingenijs plerumque existunt honoris, imperij, potentia, gloria cupiditates. Hinc succidunt à stipite familias honestas, ac non demissi animi personas viis omnibus evertunt, quia iis Boni quàm mali, ait Sallustius, suspectiores sunt, semper aliena virtus formidolosa est. Respublica Romana experta est non semel has ruinas: à qua parte omnem suam deplorat intercisam nobilitatem, quando Cæsarum temporibus Nobilitas, ait Tacitus, opes, omisi, gestique honores pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium. hæc bonis instabant. Plinij verba ad Traianum adstipulantur. Priores quidem Principes ex vitijs potiùs civium quàm virtutibus latabantur. nam illa aiunt Tyranni apud Senecam,

Sallust. in
Catil.

Tacit. lib. 4.
hist.,

Senec. in Aga-
mam.

Sen. in Olla.
Valer. Maxi.
l. 7. c. 4.

Plin. Paneg.
ad Trai.

Claud. de
laud. Honor.

Picolo. grad.
8. cap. 21.
L. Senec.
epist. 28.

Quicquid excelsum est cadat.

Et alibi idem Tragicus de Tyranno,

O dit genitas sanguine claro.

Nota est apud omnes superbi Tarquinij astutia, & cōsiliū; qui filij nuncium apud Gabinos degentis in hortum seduxit, nihilque respondit, maxima solum & altissima papauerum capita decussit, itaque dimisit. *Cognito adolescens silentio patris simul, ac facto causam altioris argumenti percepit, ait Valerius, nec ignorari precipi sibi, ut eximium quemque Gabinorum aut exilio summoneret, aut morte consumeret. Hoc pacto regnante Tyranno proteritur nobilitas. Vnde à Panegyrista hoc probro Traianus liberatur: illud verò laudi vertit. Amas constantiam civium, rectosque, ac vinidos animos, non (ut alij) contundis, ac deprimis, sed foves, & attollis. Claudianus in Honorij laudibus.*

Nulla nobilium cades, non crimina vulgò

Texuntur: patria mæstus non truditur exul.

Non infelices tabulas, non hasta refixas

Vendit opes.

Quamobrem sunt qui consulant viro nobili Tyrannide instante, ut patriam hoc servitutis freno circumductam deferat: alibi felicius sibi & posteritati parer domicilium. *Non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus, ait Seneca. nam ubicumque bene est patria est. non improbo hoc consiliū, quod multæ semper familiæ arripuerunt: tantisper Tyrannum declinarunt, vel perpetuas sedes alibi fixerunt. Verum nescio an semper prosperè, & feliciter res cedat: nam in hisce transmigrationsibus, præter rei domesticæ iacturam, aliæ labe innumeræ contingunt.*

tingunt. Quod si de consilio & sententia illa cedat, non æqualis honor in aliena regione extero exhibetur: licet sint qui doceant virum nobilem siue in propria, siue in aliena regione nobilium priuilegio, ac prærogatiua frui. Vnde decursu temporis specimen virtutis aliquod est edendum, nouaque luce vir alienigena illustrandus. Hinc est quod res abiit in prouerbiū, *Nobilitas domi*. quasi verò illustrior quā foris, vbi nulla luce decoratur. Adagiū ab Aristotele maximè defluxit, cuius sensum genuinum ipsemet in Politicis explanat. nimirum multos esse domi suæ nobiles, qui foris tamen sint obscuri. duplicem enim distinxit familiæ nobilitatem; aliam, quæ sit ex omni parte absoluta, aliam, quæ domi tantum locum habeat. nam peculiare gentium mores, & instituta nobilem aliquem efficient, qui apud externos, apud quos alia nobilitatis ratio habeatur plebeis ordinibus adscribetur. exemplo sit mercatura, & medicina, quæ artes honestæ alibi habentur, sordidæ alibi reputantur. Proinde nobiles istiusmodi qui non vbiuis fuerint gentium suspiciuntur, sed tantum solo patrio eminere dignoscuntur, non eandem apud exterarum nationes dignitatem obtinebunt, si mutare domicilium, & solū vertere contingat. Hinc apud optimos quosque Latinæ linguæ scriptores, Ciceronem in primis contra Verrem, hunc loquendi modum passim obseruaueris: adeo ut hominem appellent *domi sua* nobilem, splendidum, clarum: quasi verò domestica illorum claritas foris non splendeat perinde ac domi. In huius rei argumentum Cicadigeri Athenienses audire voluerunt: propterea quod Cicada in eadem regione enascatur, viuat, moriatur. Vnde auream Cicadam vestibus, & crinibus tanquam eiusdem rei insignie deferebant. Apud Scythas, aiebat Anacharsis, Barbari sunt Athenienses, æquæ Scythæ apud Athenienses; ut significaret, nobilem maximè suis finibus includi. Lacedæmones, Athenienses, & Thebani nullos, vel raros in ius ciuitatis admiserunt. Apud eosdem, & plerasque nationes mos est pellendi hospites, ne suo peregrino ingenio, ac natura publicarum rerum statum corrumpant, ac labefactent.

Gustier præf. quæst. lib. 3. §. 9. n. 13.

Arist. lib. 3. Poli. cap. 8.

Varij Nobilitatis gradus. A dignitate, ubi de recenter ad eam euectis. An nobili priuata familia præferendi? A Patria: de huius claritate pauca. Vrbe Romana donari quandiu honorificum. De Titulis nonnulla excerpta. De Sacerdotio.

CAP V T IX.

QUAMVIS sola gentilitia Nobilitas sit nostræ tractationis argumentum, de variis tamen dignitatum generibus pauca dicam. alia enim est nobilitas, quæ provenit ex genere ab ea, quam cõfert dignitas. Sed ut magistratus temporarios præterea, mos inualuit nostris temporibus præsertim, ut multi diuitiarum præsidio suffulti oppida ex imo lapide construerent, vel constructa ab aliis cõmerent, vel, quod est honorificentius, à Principe acciperent virtutis, vel obsequij gratia apud eundem gratiosi. Portò habita ab eodem Principe Monarchico facultate (in Republica optimatum hos Dynastas non inuenies, vel certè sunt in ordinem redacti) supra cæteros ciuium ordines quopiam titulo insigniti eminere dignoscuntur. Titulum in præsentia appello vulgato vocabulo ea cognomenta Principis, Ducis, Marchionis, Comitis, Baronis. Titulus quas alias sortiatur significationes mōx mentio recurreret. Antiquis, ut innui, temporibus non adeo hæc licentia grassata. etenim Comitis appellatione prouinciarum Præfectos honestare moris fuit. quod nomē nondum hæreditario iure obtinebant. deinde Regum indulgentia, aut imbecillitate honos ille annorum numero, aut vitæ spatio circumscriptus, ad posteros cum tota ditione est iure hæreditario propagatus. Ducis etiam nomen temporarij, non perpetui magistratus nomen fuit; sed deinde Regum etiam beneficio suis oppidis definitum factum est nullo præscripto tempore hæreditarium. Referam hic qua ceremonia nomen, & dignitas Comitis primùm in Hispania fuere delata. Rudem ceremoniã appellat scriptor Hispanus: res certè antiquitatem sapit. *Tres offe sunt verba historici, in vini poculo oblata. cum inter se Rex, Comes-*

que

*Marian. de
reb. Hisp. lib.
15. cap. 20.*

que tertio inuitassent, uter prior sumeret à Rege offa vna sumpta, à Comite altera, ius Caldariae in Castris, in bello vexilli proprijs insignibus distincti datum: in eam sententiam confectis tabulis, atque recitatis consecutus astantium clamor, plaususque lata, faustaue nouo Comiti ornantium. hæc ille. Aluaro Oforio is honos primùm in Castella delatus nullis in eo Regno antea Comitibus. quod attingit anno salutis circiter 1338. Quæ dignitates, quo ordine supra recensui eodem vna alteri præficitur. Verùm qualiscunque sit ea dignitas, quæ ex iis ordinibus proueniat; hominem, & familiam in quibus hæc ornamenta elucet, non iam priuatam, sed titulis insignitam, vulgò titulatam, appellare est in more positum.

Sed nõ erit illepidam ea dubitatio an Marchio, vel Comes, vel alius ex iis alioqui nouus homo nobilem priuatam antiquissima familia ortum antecellat? Hoc enim loco, in quem eam difficultatem reiecimus, posset non contemnenda ratione obijci meras diuitias plerumque nobilitare; imò hominem ex facie hominum, vel supra nobilissimos constituere. etenim pecunia potissimum adiuvante his temporibus qui obscurus viuit, speciosiore titulo insignitur: Comes scilicet, Dux, Marchio renunciatur. Proinde quis eat inficias ab hoc homine in altiori quodam gradu constituto, exuperari illum, quem tantummodo priuatæ familiæ splendor faceret illustrem? Sed attende quàm lepidè hæc obiectio diluatur. Non negamus hominem obscurum, vel, ut aiunt, terræ filium, diuitiis tamen præpollentem, quibus illi ad Principis gratiam via aperitur, ad gradum quemdam sæpe euehi altioris planè conditionis, quàm sit in ordine politico gradus ille, cui vir nobilis priuatæ familiæ est ascriptus. vnde de ordine, ac dignitate vera sunt, quæ dicunt: de genere autem in quo Gentilitia nobilitas perspicitur, aberrant toto cælo. Vir enim antiqua, ac nobili ortus prosapia elucet nobilitate in suo genere perfectæ, alterius nobilitas manca est atque mutila: Optabilius planè censeretur auita illa, tametsi priuata, quàm hac noua, licet demus esse titulis insignitam, nobilitate elucere: id explico vna, & altera non inepta similitudine.

Quas putares ædes splendidiore, ac velles habitare? an eas quæ solum habeant fores, vel fenestras affabè in speciem elaboratas, quæque exteriori facie aliquid præferant operis fragmentum

gmentati & tessellati, intus cæteroqui parùm nitidas, imò fuliginosas, & quod ait Martialis,

Martial. l. 11.
epig. 23.

Quas nec noctua vellet

Esse suas, adeò nigra vetusque casa est?

Has, inquam, an verò alias ædes habitares in quibus decenter parietes sint ornati, omnia intus suo opere albario obducta, suo læuore expolita, ac cætera nitida vrbane? hæc certè plus habent in recessu, quàm fronte promittant: illæ plus fronte spondent, quàm in recessu ostendant; foris festiuæ sunt, intrinsecus contemptæ, à fronte aureæ, in visceribus ligneæ. Ita sunt nouitij illi nobiles, quos speciosis titulis insignitos, magnates in fronte intueris. si occultiora penetrares, artifices, & seruitia factò agmine erumperent. Præterea aliter id explico. Si tibi detur optio, quam vestem indueres? eamne, quæ ex panno lanceo assuta, & viliore cannabe contexta circa extremas tantum oras minimam partem auro intextam haberet? an eam quæ integra esset ex serico damasceno, vel oloserico aliquo villosa? Risum meo iudicio excitaret, qui primam eligeret; licet concedamus partem illam auro contextam pretiosiorē esse, quàm sit vestis integra ex honestiori oloserico confecta. non enim sunt ornamenta tali panno debita: omnino illud dedecent. Vnde prima vestis in suo genere est imperfecta, altera perfecta. Ita viros opum præsidio ad dignitatem aliquam euectos, plebeios de cætero, hoc modo tibi ob oculos propone, quasi veste vilissima indutos in vna, & minima tantum parte gemmis, auroque distincta. quæ ornamenta quoniam tam vili panno non debentur, hinc cauilli, & derisiones hominum. sed virum nobilem, quem Gentilitia, licet in priuata familia claritas illustret, indutum contemplare ea veste, in qua nitor eluceat, eoque cultu, in quo modesta opulentia appareat. Si quis verò vtramque coniunxerit, ordinis dignitatem, ac familiæ claritudinem, perfectum conspicui splendoris exemplar proponet ob oculos intuendum.

Holland. diff.
ser. de nobil.
pag. 38.

Patriæ, & natali solo sunt qui tantum tribuant, vt vix esse possint, vt quis nobilis dici possit si Patria illustris, & nobilis nō adsit. neq; inter nobiles nomen habere potest, qui vtrumq; splendore Patriæ, & familiæ non sit nactus. Quod ex eo planè probant, quoniam vix fieri potest, vt in obscura ciuitate illustria stēmata existant.

existât. neq; enim ciuitatis nomē ignobile remaneret, si nobiliū familiarum luce illustraretur. hoc igitur naturæ beneficium etiam ad nobilitatem volunt conducere. Quamobrem secunda, quæ nobiles distinguit, potest esse patria, & vrbs, quæ hominem genuit: adeo vt à nobiliori prodiens vrbe nobilior sit habendus, si inter duos fiat comparatio, & vtrinque cetera ornamenta æqua lance perpendantur: splendoris scilicet, vetustatis familiaræ, & similibus. Attamen patriæ claritas non est adeo magnificianda, vt ex ea potissimum pro hominis splendore sit diiudicandum. Extat enim Galeni documentum in exhortatione ad bonas artes. *Si fixius, & attentius res hominum contempleris, comperies non homines factos illustres ex ciuitatibus: sed contra per viros bonos & artibus præstantes horum patrias fuisse nobilitatas.* non tamen diffitebor varia de hac re Iureconsultos sentire: quibus refragantur sapientissimorum virorum dicta præclare, & auctoritates. Quid verò faciat ad Urbium nobilitatem breuibus explicat in Rhetoricis Aristoteles: nempe si origo antiqua, si primi ciues ex se geniti illustres, si in ea multi Principes, & Imperatores, virique egregij, quos æmulari alij studeant, extiterint.

V. Tiraq. a.
12. de nobil.
n. 2. & 16.
Arist. lib. 1.
Rhet.

Romana ciuitas hinc olim magna affectatione fuit expetita. Cum id rarum, nec nisi virtutis premium esset, ait Tacitus. Urbis enim claritate non modo ex sese genitos, sed ciues etiam inquilinos illustres reddi habebant persuasum. in maxima æstimatione ob eandem causam fuit apud Romanos ius ciuitatis pleno iure (nam iure Italico donati ciues Romani non fiebant) dare ante Cannensem cladem: ob eximia tantum in Rempublicam beneficia dari solitum. sic eo donarunt Manlium Tusculanum, aliosque. Cæsar verò medicinæ peritos, & liberalium artium Doctores. Sed vergente, & occidente Imperio exoleuit hæc honoris significatio, Imperatorum placito omnibus patuit, Barbaris interdum nationibus excluso nemine concessa. ed processit res, vt Antonino Pio iubente omnes, qui Romæ essent, vel breui commorarentur ciues Romani fierent. Testis est Vlpianus. Unde fortè Roma communis patria est à Modestino & Seneca appellata. verum cum olim in pretio fuerat hoc ius, à populo in comitiis, vel à Senatu, vel ab utroque dabatur: at cum deinde non rogatione populi, sed potètorum ciuium suasu, & demum Imperatorum libito dari cœptum est, vile nimis euasit. qua in re

Tacit. lib. 3.
an.

Liui. l. 3.

Liui. l. 3.

Suet. c. 42.

L. in orbe. ff.
de sta. hom.
L. Roma. ff.
ad muni.

L. Sen. Com.
sol. ad Helu.

O. disce

disceptationes quàm plurimæ olim exortæ, vt Senatus iudicio terminari necesse habuerint. quam rem, ne longius quàm nostri instituti est progrediatur, præterimus. leuiter enim hæc res delibamus. Quot etiam modis esset ciuis Romanus, qui colonus, qui municeps, qui ex Præfectura, qui ciuis modo Romanus, fuisse tradunt Budæus, Sigonius, Alciatus. singulis singula iura concessa expediunt iidem.

Buda. in Pandect.

Sigon. de iur. Rom.

Alci. l. 1. parerg. cap. 14.

De Sacerdotio; ac dignitate ecclesiastica sunt qui dicant magis facere venerabilem, quàm nobilem. ex quo ordine nulla videtur Tiraquello nobilitas prouenire. Hoc argumento præterea contendunt, vel ipsum summum Christianæ Reipublicæ fastigium ad illustrandam familiam non conferre, quasi verò renūciatus Pontifex nulla illustret cognationem claritate. Sed hæc digna sunt censura. Quis enim audeat affirmare nihil splendidi alicui familiæ contingere, si quis ex ea summum Pontificiæ dignitatis apicem, vel interiectum alium ordinem ascendat? qui purpuratis patribus ascribitur procul dubio Rēgibus exæquatur. Etenim quamuis illi coniugio soluti posteritatem non propagent, attamen præclarum lumen vniuersæ cognationi impartiant, & suffundunt. Quamplures familiæ è tenebris maiorum in lucem gentium clarissimam his adauctæ honoribus emersere. vnde vix ferre possum viri, licet non indocti, sententiam, qui in contentione Ducis Ferrariensis, & Florentini nulla censuit noua luce illustrari Mediceam familiam ob duos, qui ex illa prodire maximi Pontifices totius Christianæ Reipublicæ moderatores. Rectius diiudicat Scipio Ammiratus, qui hisce dignitatibus vult lucem familiæ maximè splendescere. Nec desunt ex Iureconsultis qui doceant Episcopatum nobilitare, imò filij Præsulis intuitu multa honorifica parentibus concedant.

V. Bals. Apolog. cap. 40. §.

igitur Cardinales Sixt.

V. in cōst. 10. in princip.

& §. præterea.

Fider. Sec. l. 16. Resp. 26.

nom. 1.

Steph. Gratia tom. 3. c.

29. n. 15.

At quid de titulis præcipiendum, qui nostra tempestate ad eò in pretio & affectatione, vt capitalius sit in sermone, & congressu familiari eos omisisse, quàm si maledicta, & conuicia cōgesseris? Apud Latinos cuiuscumque operis inscriptio ad argumentum, auctorem, artificem primo aspectu dignoscendum Titulus dictus fuisse à tutando; quasi præfixum auctoris nomen tutaretur. idem nomen laudem, & dignitatem sonuit, siue propriam, siue maiorum. habuit alias apud sacram historiam signi

gnificationes, trophæi nimirum, columnæ, imaginis, lapidis im-
politi, & informis. In re nostra vsus obtinuit, vt titulus vsurpe-
tur ad cuiusdam gradus excellentiam exprimendam pro digni-
tate digniori vocabulo. qui honor quia omnibus siue delectu
promiscuè vulgabatur, obuiam fuit itum legibus Regiis apud
plerosque, vt certis certi attribueretur. Sed hæc res clara est no-
strate pestate. De veteribus paulo obscurior, cū à nostris mori-
bus longè fuerit diuersa. nam quæ nomina illis olim in pretio,
nobis sordescunt, vt Spectabilis, Magnifici, & alia. Item mira
quædam adulationis blandimenta prorsus sunt sublata, quæ
prisca Imperatoribus ad palpum obtrudendum fuere ingesta
ad satietatem. **Æ T E R N O**, Diuo, Optimo, Sanctissimo, Per-
petuo se suaque addicentes diuinitatis nomine homunculos
honestabant. *Deuotus Numini, Maiestatique eius*, consueta erat
formula claudendi orationem. A titulis fortasse dicti sunt pa-
rum Latinè nostri titulati, qui in Vrbe Magnates, ac Dynastæ
viuunt. Quos ego mauelim tutelares appellari, vt olim Deos
vrbiū præsidēs & custodes. sentiant nimirum ad tutandos cæ-
teros infra se constitutos hoc nomine designari. Tutuli olim di-
cebantur milites à patria tutanda. Tucanus, & Tutulina prisca
pari nominum ratione nuncupata, quod miseros, & afflictatos
tutarentur. Titulus profectò Romæ fuit teste Festo Flaminia-
rum capitis ornamentum extructum in altitudinem, id est, vitta
purpurea innexa crinibus. ob id etiam titulati dicti sunt Flami-
nes Sacerdotes ob vittam, qua purpurea in sacrificiis utebantur.
Titulati præterea dicti ob securitatē. siue ab eo, ait Varro, quod
altissimū est in Vrbe, quod est arx, ea res tutissima Tutulus vo-
catur. Huic vittæ purpureæ extructæ in altitudinē, & fastigiatae,
quæ Flaminiarū capitis fuit ornamentū correspondere existimāt
nonnulli circulū, quem in suo quoque stemmate nostri Dynastæ
superponere consueuerunt. tradam præscriptas, & exscriptas ex
Cassiodoro formulas, quibus tres titulos Illustris, Spectabilis,
& Clarissimi perhonorificum dare existimauerunt, quæ tria epi-
theta triplici Senatorum ordini deberi post Imperium immu-
tatum tradit Isidorus. Pro Illustri sic dicebant. *Cape pro fide, ac la-*
boribus tuis comissina domesticorum illustratum vacantem, vt & tuis
ciuibz decoratus appareas, & quod est dulcissimum mentibus bonis, iu-
giter bonis utilitatibus occuperis. Quid enim fortunatius quàm agrum
colere,

Cassiod. lib.
6. var.

colere, & in urbe lucere, ubi opus proprium delectat auctorem, nec aliquid fallendo conquirisur dum suavi horrea labore cumulantur? Quapropter nos dedimus delectabilem honorem: tu conuersationis associam dignitatem (nam utraque sibi coniuncta sunt, vnum pendet ex altero: nec coalescunt sparsa semina nisi etiam terra qualitas fuerit operata) habiturus messem de nostra gratia copiosam, si à te iudicia nostra cognouerimus optimè fuisse tractata. Pro clarissimo in hæc verba est itum. Constat iucundum esse rerum bonarum saporem, & utilem ambitum laudis, qui appetitur per argumenta virtutis. Hoc nos studium prouida liberalitatis infundimus, ut maior sit cultus morum, dum crescunt desideria premiorum. Clarissimatus igitur honorem ornamenta iudicij nostri Regia tibi largitur auctoritas, quod prabeat, & exacta vita testimonium, & futura prosperitatis polliceatur augmentum. Quapropter nihil iam obscurum agere patiaris, qui clarissimatus laude resplendes. Grande siquidem vita testimonium est non tam clarum, quàm clarissimum dici: quando pene totum de illo optimum creditur, qui tanti fulgoris superlatiuo nomine vocitatur. At pro spectabili non dissimilia dicebantur. Optamus nobis, Deo auxiliante, subiectos varia dignitatum prerogatiua gloriari. desideramus probabile genus hominum impressa gratia dignitatis ornare: ut laudabilius possit unusquisque viuere, cum se honores reuerendos cognouerit accepisse. sic enim & ad virtutis studia decenter ascenditur, & à bonis ciuibus Respublica plus amatur. Atque ideo te spectabilitatis nitore decoramus, ut sententiam tuam in conuentibus publicis spectandam esse cognoscas, cum inter nobiles decorus assederis. ut si hac predicabili conuersatione tractaueris, in futurum premijs melioribus augearis. Haftenus Cassiodorus. quæ exscripsi, licet longum fecerim, quia præci xui redolent puritatem. Vsurpant hodie Clarissimum Veneti Senatores, Amplissimum verò iure suo retinuerunt S. R. E. Senatus Purpuratus. Sed alia passim temporum variatione comperies immutata. Rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita mores vertantur. sunt verba Taciti. Nec mirum immutari res tam leues, futilesque: apud alios exige hæc antiqua, & exactius.

Tacit. ann.
lib. 12.

Legum,

Legum, & Aduocandi peritia quid conferat ad nobilitatem. An patrocinari mercede, & pretio sit sordidum? In Causidicos declamatio. Pro Causidicis defensio.

C A P V T X.

R V R I S prudentia ex suorum interpretum placitis, & ex gradu, cui in ordine politico adscribitur, ut vidimus, præclarum facit nobilitatis Gentilitæ initium. sed quod leuiter tetigimus accuratius est hic videndum. etenim in Iuris, legumque peritos, & caussarum patronos naues conuiciis onustæ impressionem faciunt. utar non absimili Homeri figura,

Probrorum superest ambobus copia summa,

Home. Iliad.

Quorum onus haud portet centum ratis incita remis.

Ada. cotum

721.

Viperæ denticuli tantum veneni non infunderent, nec postremis dentibus duriora ossa canes circumroderent; adeo amarulentia scommata in Iurisconsultos intorquent, Archilochia edita, mordacitatis plena, ac genuino dente morsus. Verum ab eorum nomine abstergere hasce labeculas, notasque eluere non desperamus. Quamuis verò qui legum peritos carpant non sit vnus, aut alter de plebe scriptor, sed magni nominis non vnus auctor, de horum tamen sano iudicio non dubitamus, ceteris impuri, ac maledici oris illud Plauti accommodabimus.

Is hic est Thesaurus stultis in lingua situs,

Ut quæstui habeant malè loqui melioribus.

Plaut. in

Bacchid. 1

Sed ad rem deveniamus. Ac prima facie nulla istis, qui de Iureconsultis malè sentiant, intercedere distantia videtur inter mercenarios, quorum operam conducimus mercede, ac iuris aduocandique peritos; quia pretio itidem sum locant patrocinium. Nam quemadmodum faber lignarius secando, dolando asserculas coagmentat, & conglutinat, vnde suæ arti condicere pretium ita Iureconsultus paucas leges apras, & concinnat non minore quàm artificis lassitudine huc illuc codices euoluendo, & transferendo. Iuris prudentiam enim multorum Camelorum

O 3 esse

esse onus: vetus est Amelij querela. Absoluto, imò nondum exacto opere,

Horas. lib. 1.
Serm. 1.

Sub Galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Pretium statuitur, de mercede conuenitur. vtrumque sordidum negotium, accedit enim quàm proxime ad conditionem seruilem.

Pueron. Satyr.
6.

Apule. l. 11.
Plan. in Tern.

L. quisquis.
C. de postulat.

Tenuis olim quæstus, & merces exigua fuit Aduocatis ad agendas causas attributa: visa etiam, & irrita satyrico carmine, & ab Ibero Poëta acriter notata. Quæsticulus forësis Milesiis fabulis ab Apuleio inseritur: nec Plautus Comicus se temperat quin Aduocatorum pauperië derideat in scenam pauperculos inducens Aduocatos. Viles ergo erunt, & infames vel suarum legum sanctione, si pretio, & mercede præstiterint patrocinium.

Hæc est prima in Iureconsultos quæ euentilatur calumnia. Ad seruilem enim conditionem videntur accedere dum eorum opera locatur, emiturque; quod quia est sordidum, maximo à nobilitate distat interuallo. qualemcunque operam præstent non

Tacit. l. 13.

alio quàm pecuniæ sibi præmio proposito. *Non famam in posterum premia laborum cogitant pulcherrima*, alicubi ait Tacitus occasione temporis, quo, vt est idem auctor, *nec quicquam publica mercis tam vanale fuit, quàm Aduocatorum perfidia*. Iisdem temporibus vile & abiectum fuit habitum eadem de causa aduocandi munus, à quo post Consulatum se Hortensius abdicarat. Plinius Iunior post Tribunatum causarum agendarum studium remisit, ne aliena ab ea dignitate pati cogeretur. *Stare omnibus sedentibus, silentium cephysdra indici, conuicia audire, quæ si multa pateretur iners, si ulcisceretur insolens videretur*. nam quod ait Ammianus; *Apud eos libertatem temeritas, constantiam audacia, eloquentiam inanitas*

Ammi. Mar.
col.

Plin. libr. 3.
Epist.

quædam imitatur fluentia loquendi. Item Plinius quas egit causas, nunquam vanales fuisse gloriatur, quæ constantia ingentia à Siculis oblata munera ob præstitum, contra Verrem patrocinium

Plutarc. in
vita.

restituit Cicero. Cymon memoratur offerenti duas pateras aureorum Daricorum vnâ plenam, alteram argenteam, acerbè respondisse se mercenarium non professum, eius proinde opera, & patrocinio si vti vellet, vteretur, quæ verò obtulisset munera, ea domum referren. Sed vt obuiam iretur Aduocatorum avaritiæ memorat Tacitus lege fuisse caueum, *Ne quis ob causam orandam mercede, aut donis vteretur*. sed quàm multæ ea de re leges

Tacit. l. 13.

extiterint;

extiterint apud veteres historicos passim obseruamus.

Præter opera vernalia perniciosi videntur Iurifconfulti, causarumque Patroni Rebus publicis. Vnde nullus ex eorum munere promanabit honos nobilitatis, qui ob sola, & eximia in Rempublicam merita homini confertur. Quod ab aduersariis secundum, & quasi validissimum argumentum solet obici. *Sine causidicis satis fuerunt felices, futuraque sunt vrbes.* dicunt cum Columella: quorum studium eidem auctori dicitur caninum. *Ad latrandi locupletissimum quemque, & contra innocentes, ac pro nocentibus, & in ipso foro latrocinium.* vel quia teste Seneca, *Iuridici velut canes acerrimi non nisi oblato cibo mansuescunt.* Forus Ancharii Scythæ locus ad inuicem sese homines fallendos destinatus visus fuit: Plutarcho Regio impiorum. Pauci enim exemplo Biantis Prienensis non alias, quam bonas fuscipiunt tuendas causas. qui non tantam ex orandi vehementia laudem meruit, quantam est adeptus ex susceptis cum iustitia patrociniis. De illis verissimè Quintilianus. *Multum valere se in iudicijs putant, rapiant malas aliquando causas.* nimirum ad ingenij ostentationem, vel, quod verius est, nihil ipsi deperdunt: siue bene, siue malè res agatur, suo lucello ipsi non defraudantur. Sophistæ audiunt isti, vt in Academicis innuit Cicero. *Qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur Sophistæ sunt appellati.* in hos inuehitur ex nostris Bernardus ad Eugenium. *Hi sunt (de Aduocatis loquitur) qui docuerunt linguas suas loqui mendaciam, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum.* dolo malo res agitur. Audi Senecam. *Inter istos, quos rogatos vides, nulla pax est, alter in alterius exitium breui compendio ducitur: Nulli nisi alterius damno quæstus est.*

Neque iustè iusta peragi ab iisdem, ac malis artibus causarum palmæ insistere satis declarant illa antiqua. etenim Magiæ cultores ouum quoddam latente, & secretæ vi prodigiosum ad litium victoriam fabricabant. Auctor est Plinius: quod cum olim in sinu ferret eques Romanus è Vocoris ob id à Claudio fuit interfectus. Notanda est altera ex Lampridio impura, & fallax ad litium itidem victoriam reportandam superstitio. *Solent, inquit, pueri pileo insigniri naturali (cattam virginem appellant) quod obstetrices rapiunt, & Aduocatis credalis vendunt. Si quidem causidici hac adiuvare dicuntur.* Hinc illa in causidicos facto agmine

Columel. in præfat.

Seneca.

Laert. in eius vita.
Plutar. l. de usur.
Laert. in eius vita.

Quintil. de clam. 228.

Cic. in Academic.

D. Bernard. ad Eug.

L. Senec. l. 2. de ira c. 7. & 8.

Plin. lib. 29. cap. 3.

Lamprid. in Ant.

Sidon. Apol. l. 4. epist.

ne

Senec. in Iudo
Claud. Apu-
le. lib. 10. lex
ab Anast. C.
mandari.

Plin. libr. 2.
epist. 1.
Sueto. c. 43.

ne conuicia eruperent modum prætergressa. Rabulas esse foren-
tes, vœnale genus, vilissima capita, forensia pecora, Togatos
Vultures, Accipitres pecuniæ. Quod non sint à sceleribus alieni
fateretur ipse Glossographus Accursius: idem edocuit multo
antea Plinius iis verbis. *Nos qui in foro verisque litibus terimur mul-*
tum malitiæ, quamuis nolimus addiscimus. Hæc & alia fuere in caus-
sa vt animum induxerit Caligula. Imperator Iurisconsultorum
responsa de medio omnino tollere, ne ex interpretationum va-
rietate lites quasi hydra lerna capita succrescerent: neue se-
ges, & materia causidicis præberetur, pecunia smalis artibus cor-
radendi.

Adhæc minutiora quædam, præter dicta notant in causidi-
cis. Quod non minima pars eorum à legum notitia tam distet,
quàm longissimè credi potest. Vnde Poëta nescio quis lusit in
Iurisconsultum vocabuli ambiguitate.

Quod voco te Iuris doctorem utriusque peritum.

At de sorbilibus iuriis ipse loquitur.

Idem mutatis numeris, & metro.

Quod Iuris utriusque te vocauerim

Peritum hominem, ne dari putes:

Vnde insolescas, atque sumas cornua.

Peritorem censeo meum coquum

Et iusculorum, & plurimorum iurium,

Sint illa siue carniū, siue piscium.

Vorare in tantum, ille & apparare scit.

Affinia sunt illa: Doctor necessitatis, id est, sine lege. necessitas
enim non habet legem. Doctor moneta tonsa, id est, sine litteris.
nam quamplurimi vix legibus primo limine salutatis intima
adyta penetrasse profitentur. Affatum etiam est Iurisconsulti,
Doctores legum instar auium esse, quò vna conuolat eò ten-
dunt aliæ, quasi dixerit non attendi genuinum legum sensum,
sed quicquid vnus dixerit, illi cæteros adharere. Quot sunt ho-
dic legum studiosi, qui tametsi Doctoris laurea insigniantur, at-
tamen quamsimillimi possunt iudicari Adolescentibus illis
Romanis, qui Athenas studiorum causa profecti, septem anno-
rum curriculo confecto Romam regressi, vix Athenas se vidisse
poterant aliis persuadere: adeò stolidi reuertebantur de iis ex-
tant illa Horatii,

Ingeni

Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas;

Et studijs annos septem dedit, insennitque

Libris & curis, statua taciturnius exit

Plerumque, & risum populo quatit.

Incusant alij censoriam, & nauseabundam doctorum graui-
tatem: de qua illa habet Plautus.

Tardiores quàm Corbita sunt in tranquillo mari.

Sed illi ita se excusant, & de gradu nihilo seciùs cedunt:

A D V O C. *Liberos homines per urbem modico magis par est gradu
Ire, seruire esse ducò festinanter currere.*

Non decet tumultuari; sed si properabas magis

Pridie nos te Aduocatos huc duxisse oportuit.

Quibus verbis in hæc responderet alius:

At si ad prandium me in eadem vos dixissem ducere,

Vinceretis Ceruum cursu, & gradatorem gradu.

Nunc quia mihi Aduocatos vos dixi, & testis ducere,

Podagrosi estis, & vicistis Cochleam tarditudine.

Hæc tandem sunt quæ in legum peritos intorquentur; duo illa
præcipuè: quod vanales primùm, deinde quod perniciosi.

Verùm omni tempestate verum fuit sapientium iudicium
non sine iudicio, perperam sentire, qui Iurisconsultis obloquun-
tur. Quorum potissimum argumentum fuit, Iurisconsultos pre-
tio suam operam locare. Sed isti non sentiunt, quòd non qua-
uis ratione merces, stipendium, pecuniave tribuatur, dicenda est
illa tribui ob sordidum ministerium. Quod enim Iurisperiti so-
luto stipendiò suam artem exerceant, licet hoc demus, non id-
circo seruire dicuntur (quòd nomen nos etiam volumus esse à
nobilitate alienum) sed potius aliorum causas agere, atque pa-
trocinium suscipere. hac de causa, *Clientes quasi colentes sunt, Pa-*

*troni quasi patres. Tantundem est clientem quantum filium fallere. Cui
sceleri condignam poenam verba legum 12. Tabularum sanciri-
uere: Patronus si clienti fraudem fecerit sacer esto. imò ipse Romulus
instituerat: Patronos omnia pro clientibus facere debere, quacunque
efficerent patres pro liberis. Auctor est Plutarchus in eius vita. Un-
de clientem in fidem acceptum, ait Gellius, 'cariorem haberi quàm pro-
pinquos, suadendum esse contra cognatos. Neque peius facinus est
existimatum, quàm si cui probarent clientem derisui fuisse:
idemque antiquiori lege cautum scribit Alexand. ab Alexan-*

Serm. 6. Encl.

Gell. l. 15. c. 13.

Pluta. in eius
vita.

Gell. l. 20. c. 1.

Alexand. ab
Alex. lib. 6.
cap. 10.

*CONARUM. in
reg. peccat.
p. 2. § 5.
Ad Rom. 3.*

dro. Proinde quam illi præstant operam nominis splendori nihil officit. Aduocandi munus nobili viro esse dignum quis neget? quod exercuere summi viri ad ipsam spem Imperij nati, & educati? atque ad Imperatoriam postea euecti maiestatem? Quod si ratio quæ videtur fauere aduersariis aliquid firmi præ se ferret, eadem ratione absurdiora liceret affirmare. nimirum Principes, Dynastas, Reges ipsos subditis, subiectisque seruire dum eosdem habent stipendiarios, & ab eis Tributariis portoria, vel vectigalia exigūt, vt Reipublicæ consulant in ea tuenda, administrandaque. Præter cæteras hac potissimum ratione debentur Principi vectigalia, quod ea promereatur bono publico inseruiens. curæ enim, & labores, quos in Republica gubernanda subit, meritò per eiusmodi stipendiaria tributa compensantur. eadem opera non illustrarentur luce nobilitatis Consiliarij Principum, quos ad corruptelas vitandas stipendio donari à Republica esse censent Politici? Deinde nullo modo turpe est Iurisconsultis præmij, & pretij causa suscipere patrocinia, cum Iurisprudentia in earum artium ordinem referatur, quas mente exercemus. Vnde mercede, & stipendio aliquo excitatæ ingenui viri nomen nullo pacto inficiunt. imò qui in publicis Academicis stipendio conducti scientias profitentur, tantum abest vt vitæ suæ notam inurant, vt potius ex eo laudabili vitæ instituto laudes hauriant eximias. si certum enim annorum curriculum in legum interpretatione confecerint, amplo sibi proposito in Academicis honorario Comitibus titulo insigniuntur. id vero ab antiquis Cæsarum defluxit temporibus, qui ea dignitate, qua Principum Vicarijungebantur, donari voluere Iurisconsultum, qui viginti annorum spatio iuuentutem Iuris ciuilibus cognitione imbuisset.

*L. 1. Cod. de
Prof. l. 12.*

*MANAR. c. 13.
num. 12.*

Demum quod nihil seruire tractent Iurisconsulti, seu Aduocati, quos in præsentia non distinguo, licet pretio inuitentur, satis illud declarat quod statuunt Theologi Morales. Iurisconsultum scilicet festo die consulentem, aut studentem nullius mortalis labis esse reum; quia nimirum seruire opus non exercet (quæ ratio præter necessitatem excusat multas alias scientias professos.) sed nullus excusationi criminis esset locus, si quam præstant operam, esset seruilis. Nec vera sunt de omnibus, quæ supra enarrantur, de indocto aliquo non omnino falsa: nimirum
exiguum

exiguum lucellum fuisse patrocinandi arti attributum. nam ea apud Græcos & Romanos fuit maximo emolumento. ex iis duo Stratocles, & Dramoclides per iocum *messen auream* Tribunal & Curiam appellabant: & ioci gratia ad *messen auream* se inuitabant. Quæ scita apud Romanos, quasve leges pepererint congesta antiquitus stipendia in Patronos non negant aduersarij, atque recitant scriptores. in eam enim magnitudinem excreuere, vt lege Titia, Conciaque obuiam fuerit itum ad coërendas mercedem, pecuniamque patronis ad agendas causas attributas. modum statuit Claudius, cuius decreto stetit Nero. Quæ secundo loco cōtra Aduocatos & Causidicos declamant, quod perniciem hominum fortunis afferant, vera primū ea sunt, atque cadunt in quadruplatores, & minutos quosdam Curia harpagones, quarum copia verè, & cum detrimento boni publici,

Plutar. de ci-
ni. inst.

Taci. lib. 11.
ann.

Exscribenda
esset lex Co-
dicis Iusti-
niani, &
Causidicis
inculcanda l.
quisquis. C.
de postul.

Quasi herba irrigua uberrimè succreuit.

Cæterum vetus, & communis in omnes artes, & scientias ventila-
tur hæc querela. idem de Rhetorica potest dici, quæ maximas
procreat ruinas, cum homo malè affectus ad scelera ea abutitur.
idem est sensus de cæteris, quæ per se bonæ sunt & honestæ,
quibus si pessimè utamur, non scientiæ, sed homini vitio tri-
buendum. plura egimus de hoc argumento, cum virtutis effi-
cientiam in nobilitate parienda considerauimus. Quantum
conducant Iurisconsulti, & Aduocati præter id quod experi-
mur, extat de iis in decretis Cæsareis mentio honorifica Leo-
nis, & Athenij sanctione. *Aduocati qui dirimunt ambigua facta
causarum, suæque defensionis viribus sape publicis in rebus, & privatis
lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi,
quàm si prælijs, atque vulneribus patriam, parentesque saluarent. Nec
enim solum nostro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, &
thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos. militanti causarum patroni
qui gloriosa vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros
defendunt* Quanta ex aduocandi scientia commoda proueniant
oculis verba legis planissimè subiiciunt. ipsi pro sua dignitate
acerrimè pugnant Iurisconsulti. In primis Paulus, ac Marianus.
Etenim ab ipsis priscis Cæsarum temporibus in magno pretio
fuit Iuris scientia. nam scimus Romanos Imperatores cum Iu-
risconsultis esse Imperium partitos. Augustus multa firmavit il-

L. Aduoc. C.
de Adu. diu.
iud.

lorum sententiis adiutus, Trebatij præcipuè, Capitonis, Tuberonis. Tiberio Neruz, Cassius adfuere: Cassius Vespasiano: Traiano, & Adriano Celsus; primus ex his Neratium Priscū successorem in Imperio sibi voluit designare. Pauli, & Vlpiani Seuero suggesta salubriter consilia feliciter rexerunt rem Romanam, qui nihil decernere solebat nisi viginti Iurisconsultis in consilium adhibitis. Quamuis deinde leges Romanæ Barbarico furore oppressæ diu in tenebris iacuerint, cum iussu Alarici multa pœna fuit vetitum, ne in iudiciis proponerentur, sed vterentur omnes Gothicis, quas deinde Theodoricus ab eo conditas auxit, & firmavit; tamen sub Lothario Cæsare eius nominis secundo lucem aspexere. is enim collapsa Iuris Romani studia erexit: senecio, seu Varnerio Iurisconsulto suadente. Quot viri Iurisprudentia illustres summum nostræ Religionis apicem, & interiectas dignitates ascenderint maximo Reipublicæ Christianæ comodo, non attinet hic dicere. nota hæc sunt vel mediocriter versato in cognitione rerum humanarum. Quare Iurisprudentia non modo nobilitauerit, verum sine ostentationis periculo de eadem cum aliis illa recitauerim. Iurisprudentia est prænobilis illa rerum domina, qua reguntur vniuersa; quæ addiscentes nobilitat, confert magistratus, conduplicat honores, neminem in paupertate viuere sinit, neque in anxietate mori: vt alia reuocam ex iisdem fontibus deducta Encomia.

*Authent. ut
omn. obe. Iud.
prouin. col. 5.
L. Prouiden.
Cod. de post.
ubi Cynus &
Sall. in proæ-
mio Iusti.
Cap. fin. cap.
vener. de
praben.
Authent. de
hared. & fal
ci. in fi. col. 1.*



DE NOBILITATE GENTILITIA.

LIBER TERTIVS.

Humanarum rerum vicissitudo. Genus plerumque obscuratum. Regia Familia collapsa. De priuatis indignatio. Laus Austriaca. Nobilitatis mira volubilitas.

CAPVT PRIMVM.



VERE AD MODVM singulis hominibus sua sunt tempora ; Infantia , siue Pueritia , Adolescentia , Virilis ætas , & Senectus , atque iis demum mors succedit : sic Nobilitas , vt cætera mortalia suas alternas vices experitur. Incipit , crescit , adulta stat , & floret. sed demũ vt cadat , ex Historici sententia. *Omnia orta occidunt , & aucta senescunt.* Pulchrè Aristoteles , & de more Gentilitiam nobilitatem agrorum fertilitati fecit simillimam , in quibus vberior aliquando fructuum , frugumque extat prouentus , persæpe tamen sterilescunt. ita planè in multis familiis præclarorum virorum vbertas visa est non rarò in deplorandam abiisse caritatem. Atque id æterna quadam lege visum est euenire , vt omnia fluxa , & caduca experiremur , firmum , & stabile esset nihil. Aptè Tragicus Poëta,

*Sallust. in Catil.
Arist. lib. 2.
Rhet.*

Sophocles.

Vni Deo

*Namquam senectus atra, nec mors imminet,
Sed alia miscet dormitor atas omnia.*

I. Lips. lib. 1.
const. c. 16.

Perperam nos homunculi indignamur, nos, nostraque, genus, & familiam interire. mortales nos esse, vitam exiguis spatiis circūscriptā meminisse omnino oportet. Quid ergo quasi superis immortalitatem inuidemus? Præter oppida, Regna, & Respublicas, cælestia etiam corpora, æterna nostro sensu, sunt qui obferuent ad mutationem, & interitum esse destinata. Sol, inquit, deficit, Luna laborat, sydera cadunt, & labuntur. in caelesti ipso corpore posse aliquid nasci, & mori, quod difficulter creditum, nostris temporibus est visum. negotium res fecit Astrologis. noui enim motus deprehensi, & nouæ stellæ, incrementa, & decrementa clarè obseruata, quæ Mathematicis fregerunt omnem mentem, atque legem. Aërem inspiciamus: quotidie mutatur: in ventos abit, nubes, & imbres. Quid de aqua? nonne flumina quæ perennia cū suis fontibus exiccata? alueum alia, & cursum mutauere. in ipsa terra quantæ mutationes obortæ! aqua corrumpitur, & igne. vindicat illa se interdum, & in medio mari insulas sibi facit. quod mare lambit, & radit ex suo margine alibi terra refarcit. Quid hic memorem tot euerfas vrbes? illæ ipsæ quæ affectarunt æternitatem Carthago, Roma, Numantia non viuunt. Corinthus, Athenæ, Spartæ abiere, nedum iacent cadauera proiecta, ne suis quidem agnoscenda ruinis. Verissima hæc sunt, & certissimum in singulorum casibus leuamen.

Cicero 1. de
off.

Seneca in
Agamem.

Iam verò non se extēdit nostri sermonis tela ad excidia Regnorum, ad casus Regiarum familiarum, ad extinctum succisa stirpe genus, priuatumve omni prole. hæc enim maximè non versantur in nostra manu, in qua parte verissima est vox Ciceronis. *Nobilitates, ut cætera huiusmodi in casu posita, temporibus gubernari.* Regna, & Imperia magis quàm cæteræ res mortalium Fortunæ ludibrio sunt exposita. *Funditus Regna occidunt;* Seneca ait in Agamemnone. Imperium Romanum quod Octavius Augustus æternum fundasse credebatur, Momyllus Augustulus in Occidente extinxit. Quot Regiæ familiæ sub terram occuluerunt caput? ut ab antiquissimis abstinemus, proferat de nostro orbe Hispania, vbi hæc scribimus, si potest, Reges Aragonios, Lusitanos, Legionenses, Castellanos. Hi quidem à Rechardi stirpe Regia

Regia supra mille, & amplius annos rerum, Regnique potiti in Henrico quarto Legionis, & Castellæ Rege desiere. Aragonij in Martino sunt collapsi, in quo virilis Barcinonensium Comitum prosapia fuit intercisa, quæ eatenus in sexcentessimum annum propagata erat. At Reges Lusitani ex Bisuntino Comite Bononiæ Celticæ in funesto Africæ conflictu cum Sebastiano occubuerunt. Indole proh quanta Iuvene! Per quingentos pauld minus annos auulsa fuerat Lusitania à suo corpore, tandem rediit, & quæ diu seorsim luxit splenduitque, velut radius rediit ad suum Solem. Gallia nos retrahit multò plures experta mutationes. Clodouei familia in Chilperico desit, qui cognomento stupidus in monasteriū se abdidit. Pipini subsecuta in Ludouico Caroli filio, Lotharij nepote ad interitum redacta. Valēsia demum ab Hugone Capeto continuata serie multos dominata annos concidit sacrilega manu in Henrico eius nominis tertio. Ad Germaniam si diuertamus, non iam gentem proferet Saxoniam, in quā primò insignia, & Maiestas ab Gallia sunt translata Imperatoria. Ea certè ab Vuidichindo Saxonum Duce ad Henricum deducta huius nominis primum, sed quartum ab Othone magno primo Saxonico Imperatore per nongentos, & amplius dominata annos in eodem Henrico fuit extincta. Per centum deinde, & tres annos penes Gibellinos stetit res Germanica. Sueuorum ubi nunc est progenies fecunda post duas illas Imperatorum procreatrix? illam in fugiente, & malè cauto Corradino succidit Caroli Andegauensis vesana Regni cupido. ne vita Corradini esset mors Caroli, sed mors Corradini vita Caroli. ita obtinent Caroli suum, qui hanc maculam stirpi Andegauensi eluere conantur. Sed hæc Tragica, quæ nec sine motu audiuntur, non spectant ad nostrum institutum. carptim hæc scripsimus, ne plerumque nos homunculi indigne-mur, nos, ut dixi, nostrumque genus interire, cum tot, tantaque videamus stirpes Regias desuisse.

Restat sola præ cunctis Austriaca, quæ in latissimo mundi dominatu iam est: quemque iisdem propè finibus, quibus Solis cursus describitur, iam terminauit. siue eam referas in Luthardum Comitem Haspurgensem, siue in Petrum Leonem nobilissimum Romanum, auctore Naclero Germano scriptore, siue aliam repetas originem. planè ea stirpe sine dubitatione nulla

nulla post orbem conditum rectè videtur extitisse diuturnitate felicior, & ditione terra marique amplior. seruet eam diuturnam, & felicem bono orbis bonus Deus. Voueat quisque boni publici amator.

De priuatis familiis nos ergo aliquid inquirimus, cum ex iis quispiam splendide prognatus dat fumum ex fulgore. longè plura naufragia, eaque grauiora in nobilium familiis, quàm in mari accidere auctissimè edisserit Galenus in oratione Parænetica. Doctè etiam sunt dicta quæ subiiciam Francisci Petrarchæ.

Galen. orat.
Paranetica.
Francis. Petrar.
de yem. utriusque
fert.
dia. 6. de orig.
gentis.

Confusa nempe sunt omnia, & perplexa successorum series. inter hoc tibi accidit, non nobilior ut esses. scilicet ignotior origo cunctorum una est. vnus parens humani generis, vnus fons vniuersorum, qui vicissim modo turbidus, modo nitidus ad vnumquemque vestrum peruenit ea lege, ut quod paulò ante claruerat, mox obscurum fiat. ita non de fonte dubitatio est, sed quibus alueolis hac clari sanguinis, ut dicitis, ad vos vnda profluxerit. hinc est, ut qui heri arabat, hodie militet, & qui per vrbes medias ardentem cornipedem aureis habenis regere solitus superbus incessebat, per squallentem campum pigros boues humili pugio sollicitet.

Plato in
Theat.
L. Seneca
epist. 44.

verumque Platonis illud licet opinari (quod fuit etiam postea Senecæ & Augustini) neminem Regem non ex seruis oriundum, neminem seruum non ex Regibus. ita verò vicissitudo, ut conditio hac status humanorum variabilis, atque inconstans est, ut iterabilis quoque sit semel, & pluries. ne mireris si vel arator ad militiam, vel miles redeat ad aratrum. ingens rerum mortalium rota est, & qui tractus est longior, breuis hunc vitam non percipit; quod nisi sic esset, & ligones Regum, & agrestium diademata cernerentur. Voluitur enim mira volubilitate nobilitatis Rota: profert homines ex infimo ad summum, hos rursus deiicit; infima interdum summis paria facit. Quidam (inquit Seneca) auitas, paternasque flagitijs obruere imagines, quidam ignobiles nati fecere posteris genus. in illis non seruasse quod acceperunt maximum dedecus, in his quod nemo dederat fecisse laudabile. Quæ possem exempla recēdere, sileo. nō ea sunt obscura vel mediocriter in historiis versato. in vnā partē illa faciunt. nā duo Reges Romani præsto sunt. horū alter ignota matre, alter ignoto patre est natus. hic Tullius Hostilius, ille Seruius. si ab Augusto incipias, & in Iustiniano legum instauratore desinas, duo de quadraginta circiter Romanos Imperatores cōperies vili; & obscuro genere natos. Tamburlanem etiam proponerem, & Mahumetum dromedarium.

M. Seneca l.
2. contro. 6.

medarium, aliosue maiorum ætate, quos magnitudo fortunæ ex tenuitate commendat. ita in priuatis familiis dicam cum eodem Seneca. *Quemcunque volueris reuolue, ad humilitatem deuenies.* sed demum processu temporis quæ honoribus florere ad pristinam rediisse fortunam intuemur. splendidum sæpe titulis honoribusque genus sordida iterum, vilique labe conspurcatum. Vnde postrema hac parte id inquirere est animus, quæ fiat ut splendor ille maiorum in priuata familia posterorum turpitudine obscuratur. Quid in causa ut degenerent à paterna, autaque virtute posteritas infamis? quod generatim prius quæramus; alias deinde, vnde erumpunt hæ ruinæ, causas indagemus.

*Ad. Seneca
indidem.*

Boni bonos generant. Cur ab paterno ingenio, ac fortuna plerumque filij degenerent, generatum questum. Huius rei duplex causa: Remota, ac proxima. hac subdivisa in Physicam, & Moralem. Qui filij abeant in stupidos, qui in insanos. Pauca exempla recensentur.

CAPVT II.

QUONIAM non rarò familiæ splendor denigratur quòd à paterno ingenio filij degenerent, non abs re facturum puto, si longiusculo sermone huius ruinæ causas indagauero. Nobilitatem familiæ agrorum fertilitati esse persimilem ex Aristotele in Rhetoricis didicimus: siue culturæ defectus, siue ipsius soli vitium spem generosæ sobolis eludat. Neque est quod ipsiusmet Aristotelis constantia in hac re desideretur, quasi verò sibi ipsi aduerfetur, dum in Politicis definit. *Consensaneum est à melioribus nasci meliores.* De hac etiam voce equidem ita censeo, ut eam veram planissimè existimemus. vtriusque pronüciati veritas liquido constabit. Nam quod attinet ad hoc secundum, præterquam quod huius rei persuasio rectè ad nos peruaderet tam Philosophi auctoritate, accedit quòd ne-

*Arist. lib. 2.
Rhet.*

*Arist. 3. Politic.
cap. 8.*

Q minem

Piccolom.
grad: 8. cap.
14.
Iusti. lib. 16.

Plutar. lib.
promobi.

minem fas est absurdi arguere, cuius sententiæ natura suffragetur. quæ sanè cum hominum corpora paternis, & auitis sæpe consignet symbolis, ac notis, adeo ut è qua stirpe prodeant quasi Tessera Gentilitia dignoscantur (id olim in Saleucis, & Æno-barbis, aliisque in dies præstat,) nihil nos prohibet putare similes parentum propensiones, & igniculos virtutis recondi eiusdem naturæ ministerio in filiorum animis, quos scimus esse corporibus addictos. Profecto ea nonnihil efficit per vitam parentum seminariam, ac per sui vicarias qualitates. nonnulla, inquam, virtutum semina inserit animis, quæ benigno excepta solo laxam spondent frugū vbertatē. Docet Plutarchus: Arcana quædā primordia virtutis in ortu cuiusq; spargi, ut Thelemachovirtus impressa fuit Vlyssis; quod insigni admodū verbo Poëta designauit,

Infusum Nobile Patris robur.

Quod ad excellentiam
mentis & ingenij faciant
progenitores.
Plat. in orat.
funeb. Arist.
l. i. Politic.
4. & lib. 1.
Rhet. c. 9.
Plutar. indidem.
Euripid.

Pater quippe vnà cum vitæ seminariis virtutum incitamenta, quæ habet, quasi in filios instillat. Vnde calumpniā Sophistarum ea est, Nobilitatem stirpis ad spem posteritatis, bonamque indolem filiorum nihil prorsus obtinere. cum tamen, ait quispiam, ad vites, oleas, cæterasque arbores inanimas propagandas optimæ radices, ac generosi surculi seligantur. Rectius igitur Euripides,

Generosa patrum filijs virtus inest,

Vnaque creuit melior opulentis thoris.

Ac de iisdem iussit nos bene sperare Poëta Venusinus,

Fortes creantur fortibus: & bonis

Est in iuuentis, est in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant Aquila columbam.

Horat. lib. 4.
ode 4.

Cassiod. l. 2.
cap. 25.

Nam quemadmodum de bonis equis rectè plerumque ex notis prius parentibus, ita de ingenua puerorum indole licet ex patre optimo diiudicare. De his enim omnibus spes firmior certiorq; solet concipi. Theodoricus apud Cassiodorū. *Providentia nostra ratio est in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtute prolis indicare successum. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt. dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicibus pullulare. Fertur etiam cursu parenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit vitiat, nesciat rinulis abnegari.* Frequens laus ista apud

apud Poëtas, vt quem generosis atauis editum prædicent: ac plerumquë vera canunt, non modò auribus inseruiunt: nam simillimam relinquunt sæpe Patres effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, probitatis, ingenij filios. in quibus quasi se ipsos mira perfusi iucunditate intuentur. hæc pro secundo Aristotelis effato.

Sed enim verò Natura has leges vt plurimùm seruare consuevit: (quod ad eius constantiam referre debemus) quod enim fit vt plurimùm fieri semper dicitur Philosophis. At deficit aliquando, & quasi sui oblita visa est degenerasse. Tunc verò sterilefcere familiæ fertilitas videtur, quod erat primum dictum Aristotelis. *Perpetuum*, ait idem Aristoteles, de hoc ipso verba faciens, *est istud, & velut natura institutum, verum non semper ad exitum perducit*. Ferè eadem in eandem sententiam Plutarchus. *Id frequenter natura cupit, sed enim perficere non potest*. Hanc quoque vicissitudinem loquitur Sophoclis sententia,

In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur

Bonus ignobili genere natus, & rursus claro

Aliquis valde matus.

Arist. l. 1. Polit. cap. 4.

Plutar. lib. pro nobili.

Sopho. apud Stobæ. serm. 85.

Experientia adstipulatur, cum desciscant, quod videmus, filij ab ingenio paterno. ex Patre optimo multi abeunt in stolidos, & ignauos: & tunc, quod aiunt, è vite Rubus nascitur: ex improbo autem orti exuperant aliquando mores paternos, veramque faciunt contrariam patremiam: inter vepres Rosam nasci aliquando, & inter feras nonnullas mitescere. Iraque, vt dixi, ex indoctis doctos, & ex doctis fungos oriri non semel experimur: neque externa exempla sunt longiùs accersenda, cum domestica ubique suppetant. solùm caussam vnã, & alteram libet vestigare, quæ fiat vt humili loco nati, quæ sunt verba Maximi, *ad summam dignitatem consurgant, & generosissimarum imaginum fetus in aliquod deuoluti dedecus, acceptam à maioribus lucem in tenebras conuertant*: sed iam rem ipsam propiùs attingamus.

Adag. col. 1877.

Ammian. Marcell. lib. 16. Valer. Max. l. 3.

Huiusce alternationis causam ego duplicem agnoscerem: Remotam vnã: proximam alteram. hanc rursus in Physicam, & Moralem subdiuiderem. Quod attinet ad primam, Philosopho fuit digna ea debitorio, vnde proueniat quòd ex hominum multitudine alij perfectiùs, alij minus perfectè operari deprehendantur: cum tamen omnes parem sortiantur naturæ perfe-

Q 2 tionem,

tionem, æquales itidem potentias, & facultates. Sed facillè dissoluitur cùm inspicitur temperatura corporum diuersa, ex diuersa primarum qualitatum proportionem, & symmetria resultans, melior item apparatus organorum, ac rerum huiuscemodi dispositio. Quæ singula non tam efficiunt ipsi progenitores, quàm aliarum caussarum accidentariæ coniunctiones: proprietas nimirum soli, sydera natalitia, & apotelesmata. Natalis soli diuersitate factum est, vt sit debita campestribus desidia, asperitas montanis, maritimis latrocinia, mistique mores: quo nomine malè audiunt insulæ, eaque inter insulas, quæ maximè commerciis frequentatur. illuc si quidem confluant necesse est quasi in orbis sentinam pessimi, ac deprauati gentium exterarum mores, qui deprauati supra quàm credibile est in iis vigent, qui nauticam, vel piraticam exercent. non latuit hoc Platonem: statuit enim in sua Republica, Urbem quæ voluit esse Regiam procul à mari esse sitam. ex eadem diuersitate, insitus est luxus Asiaticis, acritas Europæis, perfidia Aphricanis. Aër purus, & tenuis acuta & solertia parit ingenia: retusa & hebetiora crassus & pinguis. ex melancholica corporis constitutione ingeniosos deprehendimus.

Astris multa tribuunt Astrologi, si qua corporibus cælestibus præter lumen, ac motum, vis & virtus inest peculiaris, quæ in facultatem sentiendi; non in voluntatem agat si quid agit. quo pacto illud Prolomæi in Centiloquio non visus reieciisse.

Lege D. Tho. contra gent. l. 3. c. 84. & 1. p. q. 115. & 2. 2. q. 9. art. 5. Diuus Thomas. *Cum fuerit Mercurius in natiuitate alicuius domorum Saturni, & ipse fortis in esse suo dat bonitatem intelligentia mendullitus in rebus. sed vt cumque hæc Natalitia se habeant, non locus hic ea examinandi ad trutinam. cum vtroque Mirandulano*

non est vnus, aut alter, qui Astrologos confodiat; in quos tanta vibratur telorum multitudo, vt possint, si velint, suas ineptias in vmbra propugnare. Prouenit verò ea, de qua egimus, varietas sapientis artificis magisterio. *Qui cum substantiam, vt vtar subtilissima Scaligeri dissertatione, qua vniuersa cuipiam speciei vna esset variare vellet, apposuit ea qua Philosophi vocant accidentia: quibus eidem materiei, qua subest eidem formæ, per quam illa hoc quod est esset, aliam, atque aliam imponeret faciem. sic in faculis cælestibus, quas astra, sydera, stellulasque appellamus, non tam luminis vis, aut rationum indefessa vertigines admirationem in nobis facere debent, quàm temeraria*

ria

Nulli. Casar Scalig. lib. 3. Poët. cap. 17.

ria illa quasi dispersio. Hactenus Scaliger. Hanc ergo varietatem qua nos natura oblectat, posset quispiam non ineptè causam, licet remotiorem, assignare cur filij nonnunquam mores paternos mentiantur. Quas verò causas huiusce varietatis accidentarias enumeravi, ex possunt aliquid efficere. immutandis scilicet hominum ingeniis, ac moribus.

Sed hæc remotiora missa faciamus. Causa proxima, ac genuina cur à parentum conditione filij degenerent duplex est: vtraque per se satis firma, & constans in hoc genere. Primam indicat Natura, adeoque physica, seu naturalis; moralis altera est. Ad naturalem Aphrodisæus nobis facem præfert, ipsi Aristoteles. Cur stolidi plerumque filios progenerent prudentes illud esse in causa censuit: quod nimirum stolidiores magnopere succumbant in Venereo congressu voluptati, animumque habeant corpori maximè immersum: inde verò fieri, ut semen quamplurimæ tam rationalis quàm naturalis virtutis factum particeps filios effingat prudentiores. At viro qui prudens, vel doctrina est præstans, vsu venit contrarium. ob eam enim, qua pollet, mentis agilitatem, semper aliquid animo reputat, & speculatur: cum curis habitat, & contemplationibus pernoctat: ad quas exercendas functiones magna fit spirituum iactura. Vnde quod emittit semen quamplurimum tum rationali, cum naturali virtute spoliatur, ex quo effecti filij euadunt stolidiores. eadem prorsus est ratio, cur indocti corpore validos, docti verò liberos progignant imbecilles.

Verùm iste riuulus Alexandro Aphrodisæo ab Aristotelicis fontibus defluxit. Aristoteles rem latius explanauit. admiratus quippe humanorum vultuum diuersitatem, eius rei causam in problematis indagauit. Nimirum quæ fieret, ut inter tot hominum myriades (si paucos geminos excipias, ac nonnullos, qui ab historicis loco miraculi habentur) duas quamfimillimas reperire effigies non valeas? Quæ diuersitas in humana societate est valde necessaria, ad eò ut ex ea diuinæ prouidentiae cura suadeatur. Multiformes, & miras hominum effigies prosequitur Plinius in sua historia. ipsa facies huic sphaerica, illi oblonga, aliis depressa; in singulis partibus non minima etiam varietas: nam quanta in naso? isti prominet, illi subsidet, aliis rectilineus, non infrequens aduncus. Oculi glauci, nigri, caesij, contra verò in

Q 3 brutis

Alex. Aphr. probl. 29. Aristot. prob. 10. sec. 10.

Aristot. probl. cit.

Less. de pro. uin. n. 206.

Plin. libr. 6. cap. 30.

brutis maior cernitur parentum similitudo, eadem facie, lineamentis, pilis, ac setis suos progigunt fœtus.

Quare Aristoteles huius dissimilitudinis refert causam in velocitatem humanæ cogitationis, ingeniique varietatem, varias, & multiformes notas imprimentem: quæ enim tempore conceptus in imaginatione inerat nota, eadem quasi sigillo quodam apparet quicquid gignitur expressum. cætera verò animantia cum quanta sunt voluptati sese dedant, nec habeant spiritus aliò distractos, aliòue phantasiam attendentem, inde prouenit vt filios parentibus, qui adsunt, quam simillimos efficiant. Hæc ex Aristotele. De iisdem fontibus Cicero degustauit eiusdem causæ indagator. *Similitudo*, inquit, *magis apparet in brutis, quorum animi sunt rationis expertes.* sed apertioribus verbis Plinius. *Cogitatio utriuslibet (parentis intellige) animum subito transuolans, effingere similitudinem, aut miscere existimatur. adeoque plures in homine, quam in cæteris animalibus differentia: quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulique in suo cuique genere.* hætenus Plinius. Referunt igitur cum Aristotele causam in vim cogitandi. quæ quia multiplex in homine, varias ideo notas tenello fœtui imprimit.

Ando. Laur.
libr. 8. Histo.
Anath. c. 20.

Heliod. l. 4.
Æthiop. Historie.

Cælius Rodi:
l. 20. c. 15.

Hieron. super
Gen.

Galenus l.
de liber. ad
Piso.

Hoc idem medici fatentur, cum in generatione vim duplicem distinguant; quarum altera est formatrix, quam dicunt ordinariam, seminique insitam: altera verò extraordinaria, quæ imaginatio seu cogitatio est. Prima quidem nunquam suo fine frustraretur, id est, parentibus filios redderet simillimos, nisi hac postrema, vt pote nobiliore, impediretur. Exempla plurima suggerunt historici. Persina Hydaspis Æthiopum Regis vxor, patrioque colore nigra, cum Andromadæ figuram albam in tabula sub ipso conceptu aspexisset, prolem concepit albam, eamque peperit. Mulierem quamdam iam iam mortem subituram ob adulterij suspicionem, quòd pulchram sobolem genuisset patri omnino absumilem, hoc commento Hippocrates liberauit. iussit enim inspicere quid artis pictoriæ pulchrum extitisset in cubiculo mulieris. quo comperto euasit mortem. similem historiam habet Hieronymus. Idem consuluit Æthiopis quidam pulchram prolem exoptanti Galenus. arripuit ille consilium, neque rei euentus defuit. De hoc consensu inter facultatem

tem

tem imaginatricem, & generatricem, ita vt altera mōta continuo altera moueatur, elegāter doctissimus Pererius. quod ipsum alia ratione astruxerat Marsilius Ficinus in sua Platonica Theologia. Nec modo ex aspectu rerum, quæ in ipso conceptu apprehensæ, verum etiam ex iis, quæ aliis hōris, aliaue via memoriæ se fixerint, solet ea varietas contingere. *similitudinum quidem*, ait Plinius, *in mente reputatio est, & in qua multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustaque imagines sub ipso conceptu.* Causa solet eadem assignari cur tenello adhuc fœtui, quasi molliori ceræ, eius rei cogitatio, quam prægna mater ardentius exoptauit per spiritales quasdam species imprimatur. hoc etiam solius phantasie opus est; sed eius impressionis modum exprimant medici cum Auicenna. Nos altioribus eius varietatis principiis ex Aristotele repetitis, quam ipsemet Naturæ degenerationem in Nobilibus appellauit, eò redeamus vnde discessimus: & expediti à Natura ad mores abeamus.

Altera causa moralis est, quam pulchrè docuit idem Aristoteles. voluit quippe ob fortunæ vicissitudines dissentire filios ab ingeniis, & moribus paternis. etenim paupere natus patre, vt vitæ quærat subsidia studiis nauat operam, ingenuas addiscit artes: deinde ad Rempublicam virtute ducente manu accedit, gradus ascendit, sedet demum ad clauum, & cum laude regit. itaque è tenebris emersus, qui in tenebris maiorum delituerat, in lucem nobilium prodiit clarissimam. Quicumque verò opulentam Patris adiere hæreditatem, si nulla instruantur bene viuendi arte, vel dilapidant, quod sæpe fit, patrimonium; vnde ad inopiam redacti coguntur in dies victum queritare, adeoque varios & pessimos mores induere: vel certè (quod non rariùs contingit) in domo opulenta si negligens adsit ingeniis cultura, laxiorque disciplina, obscenos admodum hauriunt spiritus, vt pote quibus omnia affluant cum luxu.

Quod si libidinibus se m̄cipent, hæ magnopere ingeniis officiunt. *Nihil est tam mortiferum ingenys quam luxuria.* Seneca Pater ait. dogmate etiam Platonico à Venereis voluptatibus discipuli arcebantur: quibus Apex ille Philosophorum voluit persuasum sola mentis puritate veritatem videri. Adhæc qui fœdis intemperantiæ voluptatibus se dedunt, cito sunt prudentia destituti. Custos enim, & conseruatrix prudentiæ maxime

Perer. in Gen.
Marsil. Firi.
in Pla. Theo.
log.

Plinius l. 7.
cap. 12.

Auicenn. l. 5.
de anim.

Arist. libr. 1.
Rhet. & l. 1.
mora. Nic.
cap. 10.

M. Senec. l. 1.
cont.
August. l. de
ver. Relig.

Aristo. 6. Ni-
com. 6. 5.

mè est temperantia, vt bene Aristoteli cum eodem Platone conuenit. Hinc illa dicta Græcis *σωφροσύνη*, id est, custos Prudentiæ: cum indomitas perturbationes, fœdosque animi motus, qui de suo folio sunt potentes rationem deturbare, sedet leniter, & tranquillet. ingeniosè etiam Homerus de Cesto baltheo Veneris ita cecinit.

Homs. Iliad.
14.

*Illic est amor, & cupido, & colloquium, & deceptio,
Quæ furatur mentem prudentum cogitantium.*

Gale. in com.
men. libr. 5.
Epi. Hippo.

Sed causam optimè omnium suggeret Galenus. cognouit enim hæc belluinas voluptates cerebro internorum sensuum, & spirituum officinæ plurimum officere: at illorum ope noster animus destitutus ad suas obeundas functiones prorsus est ineptus. Vnde olim cum in quadam humani corporis dissectione fuisset caput cerebro vacuum repertum, in frequentes Venercas voluptates causa fuit relata; & ita deprehensum auctor est Magnus Albertus. non ergo metaphoricòs, sed perquam apte de eiusmodi perduto adolescente posses pronunciare ex Apologo, *ô quale caput est, sed cerebrum non habet.* cum tamen maximè hanc rem natura curauerit: voluit enim homo amplissimo cerebro esset præditus, vt in eo operationes omnes ad contemplationem, & functionum varietatem omnino necessariæ commodius ope spirituum perficerentur. idemque cerebrum non depressum, sed constituit sublime, vt ex eo tamquam ex cella quadam promptuaria facilius, & expeditius cæteræ facultates vires depromerēt, & acciperēt. non disputē hic de vsu cerebri, de quo est inter Medicos, & Peripateticos disceptatio. verè igitur Poëta,

Alber. l. 22.
de ani.
V. Alciatum
Embl. 188.
cum com.
Min.
D. Tho. 1. p.
q. 91. art. 3.
ad 1. & 3.

*Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs habet at caligine sensus.*

Claud l. 2. de
laud. Styli-
conia.

Hæc de causa altera morali, cui fuit consentaneum hæc physica adhibere.

Plutar. l. pro
Nobi.

Tangit aliam obiter causam Phitarchus cur nobiles familiarum luce destituantur; hominum scilicet inscitiam, siue mauis dicere avaritiam, si non adegant inopia, in contrahendis turpibus nuptiis: mala enim soboles procreatur quando amore opulentæ dotis obscuræ faminæ sese nobilis adiunxerit. Recitat Theognidis epigramma lepidum, ac rotundum, quo id docet exemplo cæterorum animantium, quæ hanc curam etiam expostulant.

Fortis

Fortis equus, firmusque Aries, non vilis Asellus

Egregio qui sit sanguine, Cygne volunt.

At satagunt omnes sibi habere. At fœdera iungit

Vilia, si dederit vir generosus opes.

Famina nulla thoros, quamvis generosa recusat

Diuitis, hunc forti præferet illa viro.

Gaze amor est summus. vilem sibi nobilis aptat,

Vilia & egregiam; turbat & Arca genus.

Ita sensum familiæ bonitas inquitur ex ea commistione: nec valet patrem nobilem obiectare cum ostentatione. nam, vt alibi ait idem Plutarchus. *Quid si ex equo mulus nascitur?* non patris, sed matris argues defectum. hoc suavit etiam Eupirides vilium fœminarum amore perditis.

Pluta. in vita Sylla.

Si quis mala

Libidine amens iungit obscuras faces. non laudo.

Euripi.

Quid plura? noster eloquentissimus Hieronymus: *De bono*, ait, *genere ducenda est uxor, ne in mala terra nobilium seminum frumenta degenerent.* cui concinit perbellè Cassidorus. *Non coalescunt sparsa semina, nisi etiam terra qualitas operata fuerit.*

Hierony. l. 3. epist. ad Fabiolam. Cassiod. l. 6. var.

Sunt qui in deploranda hac nobilium Adolescentium à claritate auita degeneratione, ipsorum parentum accusent in educatione incuriam; qui quos peperere, aliis tradunt enutriendos. hanc inter alias causas corruptæ Romanæ eloquentiæ attulit Auctor Dialogi de oratorib. *Iam primum suus, ait, cuique filius ex casta parente natus, non in cella emptæ nutricis, sed gremio, ac sinu matris educabatur.* Qua arte Corneliam Gracchorum, Aureliam Cæsaris, Atticam Augusti matrem, quia educationibus præfuerat, produxisse Principes liberos asseuerat. *At nunc natus infans delegatur Gracula alicui Ancillæ, cui adiungitur vnus, aut alter ex omnibus seruis plerumque vilissimus: horum fabulis, & erroribus teneri statim, & rudes animi imbuuntur.* & cætera, quæ idem Auctor habet serio perlegenda. mores sanè nutricis ebibi à tenellis puero- rum ingeniis. adeò planum est, vt insipientis sit hoc diffiteri. Verùm hanc rem enucleatius tractaturi, cum de educatione rectè instituenda sermo erit. Ac de causis cur ab ingenio paterno plerumque filij degenerent, hæc pro nostra tenuitate sufficiant.

Aust. Dialo. de orat.

Non sunt tamen silentio inuoluenda ea, quæ habet Aristoteles ad huius rei Illustrationem notatu, & scitu digna. nimirum

Arist. lib. 2. Rhet. c. 15.

R ex

ex nobilibus alios in mores furiosos, alios in stupidos degenerare. Primæ classis eos ait extare qui ex industrio, & ingenioso parente deducuntur: & hos facit leues, inconstantes, capita sine cerebro, quibus forte affines qui vafri, callidi, astuti, & omnes non sana mente, cuius notæ ait fuisse illos qui Alcibiadem, & superiorem Dionysium parentes agnouere. secundæ classis sunt, quorum parentes pacato, quietoque ingenio fuere, quibus maturè, & lento pede omnia examinata, hos facit stolidos, natos in segnitiam, quique de se ipsis singularim illud Comici usurparent,

Plau. in Bacchi.

*Quicumque ubi ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt
Posthac stulti, stolidi, fatui, fangi, bardi, buccones, bleni,
Solutus ego omnes anteo stultitia.*

Plato in Alci-
b. & in
Adam.

Huius farinae homines dicit extitisse à Cymone, Pericle, & Socrate deriuatos. mutuatus est hæc Aristoteles in parte à Platone, licet in eo Plato dissentiat, quod Pericli præter Paralum, & Xantippum stupidos, tribuat etiam Cliniam, sed furiosum.

Hactenus dicta non modò legimus, & audiuius, verum non vno experimēto vidimus cōprobari: cum dies ipsa varios, & Regiarum, & ingenuarum familiarum interitus ob oculos ponat, & tamquam exempla domestica subiiciat. *Heronum filij noxæ*, est in veteri Adagio: quod ab ipso forte Homero est repetitum.

Adag. coln.
761.
Hö. Odyf. 1.

*Aequat rara patrem soboles, sed plurimi ab illis
Degenerant, pauci superant probitate parentes.*

Quot enim filij ex mente Senecæ paternas, auitasque imagines flagitiis obruere? Qui paternas virtutes sibi proposuerint imitandas haud inuenias frequentes: ad quorum exempla conformati maximo processus effecissent. Quales Duces Pericles, & Aristides fuerint, vulgariius est quàm vt indigeat narratione hi tamen illaudatos filios reliquere. Qua doctrina, & sapientia Cicero, & Thucydides: horum etiam filij sunt paternam originem inentiti. [*Di boni quas tenebras ex quo lumine nasci passi estis?*] Maximus exclamat in Cneum Scipionē Aphricani maioris filium inuectus; & alia, vt ipse vocat, *teterrimis ignauia, & nequitia sordibus inquinata nobilia portenta*. licet de Scipione non bene cum Maximo Ciceroni in Catone Maiore conveniat. *Vbi extitisset*, inquit, *alterum lumen ciuitatis, mi tenui fuisset valetudine*.

Valer. Maxi.
lib. 3. c. 1.

Cice. de Sen.
lib. 1. 38.

Remitto te ad Spartianum in Seuero, qui lōgiuscula oratione
hoc

hoc deest ~~sanctum~~ argumentum : viros scilicet seu virtute, seu literis, seu quouis alio titulo insignes, aut nullos omnino superstitis filios habuisse, aut conducibilius fuisse, magisque ex usu rerum humanarum, si absque filiis decessissent : adeo illorum soboles flagitiis fuit adoperta. Nonne Germanicus Caligulam, Antoninus Philosophus Commodum genuere : quæ monstra ~~equibus~~ Patribus ? Plura exempla coacervat Maximus, & Baptista Campofulgosius. Mihi satis sit ostendisse quæ contingat, ut hic *Fatum ex fulgore*; ille *ex fumo dare lucem* videatur : & cur nonnullis *solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis*. quod ait noster Gregorius.

Spart. in Seno.

D. Greg. l. i. Dia. c. 6.

Nobilitas an deperdatur ob causas oppositas causis quibus acquiritur. Ob quæ scelera, & vita turpitudines obscuretur.

CAPVT III.

SED operæpretium est videre ob quas peculiare causas Nobilitatis Gentilitæ splendor in clarissimis familiis exanescat. verum cum vulgare illud sit : Contrariorum eandem esse disciplinam ; non incongruè dici posset deperdi nobilitatem ob causas contrarias, & è diametro oppositas causis quibus acquiritur. Coercendum tamen est hoc axioma in re nostra, quod enumeratione facta ita explicabo. Prudentia civilis, ac militaris ambæ causæ sunt nobilitatis effectrices, si quis tamen à Republica, & militia procul viuat privato, & securo gaudens otio, non propterea in eo splendor familiæ auitus obscurabitur (nisi tamen scientiæ imperandi conditio feruendi opponatur, de qua inferius; vel iustitiæ iniustitia, de qua multa quæ Tyrannicè gesta suis auctoribus exitio fuere, habet Hieronymus. Orosius ex historiis,) licet concedamus eam non prouehere, ac magis magisque illustrare. imò priuatum hominem licet procul à Republica suo honore non defraudari, idque non esse ex Aristotele alienum supra edocuimus. Deinde virtus, scientiæ, diuitiæ modo quo docuimus peperere multis generis splendorem, non

R 2 tamen

tamen qui improbus, ignauus, pauper est, è statu illico cadit. Utinam multi non inuenirentur & nobiles, & simul pauperes, aut parum honestis moribus, aut indocti. In hoc tamen rectè fieret comparatio; quòd scilicet quemadmodum virtus, scientiæ, diuitiæ non perfectæ, sed adiuuantes sunt nobilitatis causæ, ad quas scilicet disponunt: ita iis contraria non pugnant cum nobilitate, licet plurimum illi officiant sensim eam præcipitem agentes. adeo ut non rarò obscurant nobiles familias improbi, qui à virtute alieni vitiis mancipantur, indocti, quos socordia, pauperes, quos rei familiaris tenuitas ad indignas, & parum honestas artes impulerunt. De paupertate & ignauia non vno in loco inferius sermo redibit. Princeps etiam an possit auferre nobilitatem, cum de Tyrannide pauca diximus. De vitiis hæc pauca subiiciam.

Etenim non est temere cum Stoicis diiudicandum ob quæ vitæ scelera, & dedecora nobilitas intèreat. sunt enim prauis quidam mores, de quibus cum lenitate, & miti censura consuli velimus, in Adolescente præsertim, in quo etsi cupiditates deferuescant, tamen firmata ætate resipiscit. licet enim Adolescens in illo perturbationum æstu sit ex Horatio,

Horat. in arte Poët.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Horat. in didact.

Sedato tamen paulisper fluctuum Euripo,

Conuersis studijs ætas mutata virilis

Querit opes. & amicitias, inseruit honori.

Multa huiusmodi sunt exempla, quæ non attinet recensere.

Cic. orat. pro Calio.

Quod si facere vellem, inquit Cicero, multi à me summi, atque ornatissimi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in Adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. quæ multis postea virtutibus obtecta adolescentiæ, qui vellet, excusatione defenderet.

Hactenus ille. Perbellè Seneca Tragicus,

Sen. in Octa.

Iuuenilis ardor impetu primo furit,

Languescit idem facile, nec durat diu

In Venere turpi, ceu levis flamma vapor.

Alexander Thurius Poëta Menandri Comici patruus vini, & hominis naturam esse voluit simillimam. quod utrique suæ sint fæces, & excrementa, sed dein sordibus cietis appareant defæciora. sic ille.

Natura

*Natura vincta bonis & malis;
Necesse siquidem utrumque deferuere,
Necesse despumare sordes plurimas,
Et asperum esse post modo. At vergente iam aetate
Defacaris si bene aliquis
Residere, & esse potuit aptum denique,
Gratumque reddi tempore reliquo omnibus.*

Pro qua re magis comprobanda veram statuere debemus illam Senecæ sententiam de iis, quæ media ipse vocat. *medium*, inquit, *vocamus, atque indifferens, quod tam malo, quàm bono contingere potest, tanquam pecunia, forma, nobilitas.* ex iis patet posse nobilem constare, licet sit vitiiis quibusdam irretitus; si quidem huiusce nobilitatis basis, & fundamentum est naturale aliquod bonum. Vnde nihil referre censeas, si homo improbus ab alia nobilitate altiore est deturbatus, Theologica nimirum & Christiana, de qua nihil loquimur hoc loco, fusissimè de ea egit Ostorius. Quædam tamen excipio & eximo pessima scelera, quæ nobilitatem fœdè conspurcant. scilicet ea, quæ perpetrantur in Parentes, in Principem, in Patriam, Perduelles, Proditores, læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ crimina, & alia nefaria, à quibus natura ipsa abhorret; cuius etiam ordo in iis patrandis omnino peruertitur. quæ multa demum crimina puniunt leges capitali supplicio, bonorumque publicatione. In Hispania olim ne quis Maiestatis crimine postularetur, neve proditio, aut defectio obiiceretur, eam excogitarunt, & calcarunt viam, ut patriæ publicis tabulis renunciarent. Alia minutiora, quæ forensi vsui accommodantur, expediunt Iurisconsulti, quibus hæc exactius prosequendi incumbit cura. hæc enim omnia ex legibus haurimus. Quæ non vno in loco hæc sanxere: ob scelera nimirum, & vitæ turpitudinem deperdi nobilitatem. *Honestæ, nobilisque persona decore priuetur*, inquit lex. cuius legis interpres Bartholus subdit eam causam. *quod nulla absque honestate possit nobilitas consistere.* Alibi etiam ab alia lege videmus definitum. *Quod neque famosis aut notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum cætu segregat, dignitatis porta patebunt, propterea quod omnem huiusmodi honorem reatus excludit.* Verùm in hac etiam re sunt distractæ, & dissentientes multorum Iurisconsultorum opiniones, ipsarum legum decreta coercent

Maria. de
reb. Hisp lib.
13. cap. 11.

L. si qua. C.
de secun.
nupt. ubi
Bart.
L. neque. C.
de digni. l. i.
C. ubi sena.
vel clarif.

Guido Pap.
decis. 196.

in multis, benignius interdum, & severius interpretatur. Haud enim multi volunt hominem e Nobilitatis statu de-
turbatum suo scelere, iterum ad Nobilitatem admittendum, si
forte facti poenitens ad bonam frugem se contulerit. Principis
gratiam, & interpretationem sunt alij qui in hoc negotio desi-
derent. Placet aliis nobilem viles artes deferentem, iterum ad
nobilitatem admittendum, licet ab ea fuerit exclusus. Sed cum
utroque lute Pontificio, & Cæsareo sit cautum, ut non modo
auctores ipsi & Architecti scelerum, verum etiam ipsorum filij,
nepotesque eadem nota infamiae laborent (ut ob sceleris atro-
citeriam decernunt de iis, qui divinam, vel humanam læsere
Majestatem) statuunt interpretes proinde filios ante scelus pa-
tratum natos esse adhuc nobiles, solum post infame facinus pro-
creatos viles, & abiectos sequi paternam conditionem. Quod
meo iudicio pugnat cum alio alibi ab iisdem definito. verè ni-
mirum dici, & esse nobilem filium ante partam nobilitatem
susceptum; quia, aiunt, simul atque acquirit sibi Pater nobilita-
tem, incipit ille nobilis patris esse filius: licet ante eam compa-
ratam sit susceptus. ita ego hoc loci dicere: simul ac turpi flagi-
tio Pater è nobili vilis efficitur, ac turpis, iam incipit infamis
Patris dici filius, licet ante deperditam nobilitatem procreetur.
verum respondent adhuc, odia esse restringenda, fauores verò
dilatandos. quæ subtilius ipsi videant. certè apertis verbis pro mea
opinionem leges Pontificiæ loquuntur (apertioribus id definiunt
Cæsareæ) dum illius, qui sub ipsum mortis tempus hæc reos cri-
men commisit, filios & posteros eadem qua patrem fugillant
nota, quæ poena iam comprehendet natos, non nascituros filios,
qui extincto patre nulli generantur. Vnde meo sensu multum
obest filio amissam à Patre fuisse nobilitatem, nec scio an auo-
rum, & proavorum (quod neque sine aduersariis pronuncio)
possit titulis splendidus incedere, si in patre semel hæc fuit in-
interrupta series, & succisa vena.

Balb. decis.
29.

Conclusão

Conditio seruilis nobilitatis Syrtis. Degenerat à libertate humana. Diuisa seruitus, naturalis; ciuilis, operaria, opificina. Artes inopum viatica. Artium diuisio. Alicorum obsequium non seruitus, nec turpe.

CAPVT IV.

STATVS, & conditio seruilis infamis perhibetur esse nobilitatis Gentilitiæ scopulus, & Syrtis: ad quam si forte fortuna illa appulerit iam afflicta patitur naufragium. Verùm seruitutem ipsam vniuersam in plures legimus distributam classes. subdivisit eam Aristoteles in *naturalem* & *ciuilem*, seu mauis dicere *legalem*.

*Arist. lib. 1.
Polit. cap.
3. & 4.*

Naturalis ea est, qua rudiores, & ingenio magis hebeti suapte ducente natura potius sunt nati ad parendum, quàm ad imperandum: contra aliis ea inest acritas mentis, & prudentiæ, ut potius nati ad imperium appareant. quò allusit Poëta Mantuanus, qui ubi alios orare caussas, alios cudere spirantia molliùs æra, vultusque iussit exprimere; ad Romanos conuersus ait,

Tu regere imperio populos, Romane, memento.

*Virgi. lib. 6.
Æneid.*

Hæc verò ingenij, & industriæ præstantia à Socrate in Phædro aurum diuinum appellatur: ea enim affertur à nonnullis sapientibus, hominū, cū primū fuerint à Deo conditi, distinctio. hominum scilicet quibusdam ferreos, aliis æreos, vel argenteos animos obtigisse. nonnullos verò esse, licet paucos illos quidem, quibus aurea animorum vis data sit, atque natura. hisce porrò, quibus vis aurea insit imperandi, munus cæterorum hominum regendorum est à Deo datum & assignatum. priores illos ferreos, aut æreos dicunt natos omnino ad parendum. Hanc eandem hominum distinctionem paulò aliter retulimus cū de Principe nobilitatis auctore ageremus.

*Plato in
Phad.*

Sed istud quod asserimus; ratione nimirum præpollentes dominari, ingenio hebetiores iisdem subiici, ex decentia est inductum

Arist. lib. 3.
Polit. c. 10.

ductum & aptitudine, vt Philosophi loquuntur. cæterum omnes natura pares, & liberi sumus. Quinimò apud eosdem, quos Barbaros Aristoteles appellat, omne ius regiminis non denegatur, & conceditur ab eodem in Politicis; tametsi doceat magis aptas esse ad seruiendum nationes Barbaras, quàm Græcorum, & æquiore animo iugum seruitutis perferre Asiam, quàm Europam habitantes. Quod verò rudes alieno subdantur dominatui, in ipsorummet bonum cedit. nam sapientioribus, & elegantioribus subiecti ad humanitatem informantur, docentur, gubernantur. *Imprudentibus satius est regi, quàm regere.* verissima sententia est. Hac ratione multi adducuntur vt credant, & asserant

Ioan. Stoba.
ser. 42.

Lud. Mol.
disputat. 35.
36.

præter iniustitiæ notam redigi in seruitutem quos Æthiopes appellamus, licet nulla iusti belli causa interueniat. nam dum vagi, palantesque absque more, absque lege viuunt, bene cum illis agi putant, si ad cultiorem vitam apud nos reuocentur. recte an secus dicant non definio. Porro natura istis neruos, & vires dedit; viros factos ad imperium prudentia, & ingenio dotauit. hinc mutua officia rependuntur. nam pro culturæ mercede, suas exhibent operas, & quam diximus seruiunt seruitutem. hæc est Philosophi ratiocinatio. nec ab eo Theologi abhorrent: Qui hanc seruitutem, & imperium, vt scilicet sapientioribus seruirent rudiores, docuerunt fuisse futura in ipso statu innocentiae, si ab eo primus Parens Adam numquam cecidisset. idque non ægrè, aut molestè, sed libenti animo eius æui, & conditionis homines passuros.

D. Tho. 1. p.
q. 100. Ioan.
Dried. de li-
ber. Christ. l.
1. c. 7.

Lib. 1. Inst.
de Iure per-
fo. §. serui.

Tim. de con-
iug. seru. per
totum.

Leuit. c. 25.
Esther. c. 7.

Ciuiilis altera, seu legalis seruitus, qua serui dicti sunt, in seruando bello captos, Iure gentium est inducta. Quod etiam ipsorum bello captorum redundat commodo, & vtilitati. optabilius enim in perpetuam adduci seruitutem, quàm serino more trucidari. leuioris scilicet mali præfert speciem seruitus, licet perpetua, quàm mors, & in bello vltimus casus. Hanc etiam inuexere Cæsarea, & Pontificia decreta, atque ab ipsa sacra historia, vt vidimus, ortum habet. *Traditi sumus, ait Esther Regina ad Assuerum, vt conteramur, iugulemur, percamus. Atque vltimam in seruos, & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem.* Vituperatur à Sapientibus illud Catonis Vticensis factum, licet sibi mortem consciuisse eximia fortitudine habeat sibi vulgus persuasum. non modò quòd Cæsaris gloriæ inuiderit,

derit, quam is Catoni parcendo sibi cōparasset, sed potissimum quòd ex veræ rationis præscripto non fuerit operatus. elegit enim maius malum, vt vitaret quod erat minus; puta speciem quandam seruitutis si Cæsari se dederet victori. Contrarium debuit illi præcipere recta ratio, & Aristoteles. Ad quid enim propria manu mortem, quæ est *ultima rerum linea*, sibi conscivit, vt Victoris imperio, ne dicam clementiæ, se subtraheret? inde non modo illius factum nostræ religionis scito culpam, sed iudicio ipsorum Gentilium variam interpretationem est sortitum. Hinc Ariadnam in Deliaci non tam insani Amoris, quàm sanæ rationis vis docet ea loqui quibus seruitutem prælegit, ne præda feris deferatur. sic enim Theseum alloquitur,

Arist. in Nicom. l. 4. c. 11. & in Eudæ. l. 3. cap. 2.

*Attamen in vestras potuistis ducere sedes,
Qua tibi incundo famularer serua labore
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,
Purpureave tuum consternens veste cubile.*

Tertia post has duas seruorum classes est eorum qui volentes, & libentes mercede, & pretio suam operam locant, & conducunt. quæ seruitus mercenaria dici potest & operaria.

Quantum posset esse genus, quod constet ex artificum, & opificum turba qui sellularias, seu sedentarias exercent. Hi omnes *serui publici* nuncupantur, quod publico omnium commodo sint expositi. Sed quomodo gentilitia nobilitate careant, de hisce conditionis seruilis gradibus quæ subiiciam declarabunt.

De primo seruitutis genere præter dicta nihil attinet hic addere. ex iis liquidò apparet quo pacto gentis, ac familiæ careat præstantia.

De secundo etiam quis addubitet quin fœdè nobilitatem deturpet? adeò vt si quis Dux, vel Princeps, vel alius Dynasta potens in sua ditione in seruitutem tradatur, eamque seruiat perpetuam, liberosque progignat sub eodem iugo, de Nobilitate cum posteritate excidere putetur. *Sarracenus Nobilis*, ait Zamorensis, *captus procul dubio ignobilis erit*. Turpissima est hæc seruitus, à qua adeò animus ingenuus abhorret, vt emori potius (non tamen sibi manus iniicere laudabile) quàm seruire præstet, mortis seruituti, & turpitudini anteposita. Si Tullio fides,

Bar. l. 1. C. de dign. l. 12.

Zamo. in spec. c. 18.

S Durum,

Sena. in
Tron.

Durum, iniustum, graue est seruitia ferre.

Arist. lib. 1.
Polit. cap. 1.

Serui tamen ex sententia Aristotelis neque dici, neque existimari debent in *iniusto bello capti*: neque seruum esse idem dicit, *quem seruire indignum est*. quæ secunda ratio viros nobilissimos etiam in bello iusto captos manu asserit. Quod si seruitutem recuperatio libertatis consequatur, nemo dubitat quin, si quæ amiserint cōditionis ornamenta, postliminio recipiant. Sed assertionis superius positæ fundamentum illud est, seruos dum seruiunt ab hominum natura degenerare: ita plus minus pro diuersa seruitutis conditione ab humana natura recedunt, adeoque à nobilitate, in qua gentis debet splendor elucescere. Etenim libertas operandi facultas omnibus hominibus ingenua, quaque Deo similes efficimur, in seruo (quod attinet ad rem ciuilem, & politicas actiones) alterius voluntati subdito, & obnoxio prorsus hebescit. Neque enim is, ut quisque ingenuus, potest suarum actionum dominatum exercere, quem dominus cum libertate occupauit. Eò dirigit seruus frugi mentem ut hero placeat. audi Plantum,

Plan. in Pers.

*Qui hero suo seruire vult bene seruitutem,
Næ edepol illum multa in pectore suo collocare oportet
Quæ hero placere censeat presenti, atque absenti suo.*

Plato dial. 6.
de leg.

Seruos appellat Aristoteles instrumenta loquentia, ipsa instrumenta seruos etiam, sed mutos, & elingues. Vnde cum omnes natura simus liberi, seruus qui efficitur à libertate cadit. *Iuppiter dimidium mentis illis adimit, qui seruitutem subeunt*, inquit Plato. extat eiusdem præceptio in sexto de legibus Dialogo; seruos non adeo miti imperio tractandos, nam seruilis animus naturali odio dominorum imbutus coerceri, nisi se uero dominatu non potest. ita non ut liberi molliter tractandi. *sed omnis*, ait, *ad seruos allocutio imperium quoddam sit: nec iocus ullus cum seruis conferratur*. ita enim expostulat deprauatus seruorum, malèque erga dominos affectus animus.

L. serui. ff. de
reg. iur.

Iurisconsulti, quorum in hac re potior debet esse auctoritas, pulchra Iuris fictione habent pro mortuis, & pro nullis (quod attinet ad vitam ciuilem) seruos, deportatos, & huius notæ alias turpes, inhonestasve personas. *Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur*. Definuit Vlpianus. *Seruitutē mortalitati comparamus*. est alterum eiusdem Iurisconsulti Axioma, occasione legis Papiæ.

L. quod attinet. ff. de reg. iur.

L. seruitus. ff. de reg. iur.

pia. quæ legatum intercidere decernit, si ante aditam hæreditatem mortuus sit legatarius; idemque iuris esse statuit, si seruus factus fuerit. hinc seruitus *mors civilis* nuncupatur. solum quippe in ciuilibus actionibus hæc agendi facultas liberè denegatur. secus in nos insurgeret Stoica familia, & mordicè defenderet solos prudentes esse liberos, seruos qui effrenis cupiditatibus mancipantur. habent paradoxa, *nisi sapientem liberum esse neminem, vel mille seruitutes patientem posse sapientia munia obire.* Vnde illa defluxere,

Nomen quidem non habeo liberum, sed animum. Euripides.

Et si corpus seruum sit, mens tamen est libera. Sophocles.

Nobis certè satis est in re ciuili non esse seruos sui iuris: quod valet eos à nobilitate exclusisse. Hæc est enim Nobilium conditio à nullo dependere.

Tertium, & quartum seruitutis genus simul est expediendum. Sanè euentilata ratio libertatis à qua serui deturbantur, paululum imminuta mercenarios, & operarios ab aditu Nobilitatis prohibebit. nam vbi semel eorum operam quis licitatus emit, certum in eis imperandi obtinet ius, & potestatem. proque suo iure homo petit, dum locatas operas exigit, quas quamdiu patet est aliquis præstare, tamdiu sub iugo licet leuiusculo seruitutis viuit, & detinetur. Multa affinia, & similia à Iuris prudentiæ fontibus huc possent deriuari. quamuis enim sublata fuerit lex Decemuiralis de Nexis (Nexum erat ab alienatio illa Ciuilis per æs, & libram fieri solita; id est, ære nummoque aliquo percussa libra, quo pacto solutio repræsentabatur) & lex extet Diocletiani, & Maximiani in ea verba. *ob æs alienum seruare liberos creditoribus iura compelli non patiuntur.* Attamen hac lege licet non cogatur debitoribus inuiti creditoribus seruire, bene tamen alia lege nolentes in carcerem detruduntur: quam pœnam carceris, si velent, poterant effugere voluntaria seruitute: non enim debitores omnino creditoribus addici desierunt. sed additione illa voluntaria, quam adinuenerunt, tandiu in voluntariam seruitutem addici patiebantur, donec suis creditoribus satisfacissent. Adducam huius rei testè locupletem Varronem sic de lingua Latina libro sexto scribentem: *Liber homo qui suas operas pro pecunia, quam debeat, dat; dum solueret nexus vocatur, ut ab ære obaratus.* Huc etiam referunt Licius Rufinus verba: *Si vitulum, vel struthem inferri iudicato.*

L. Intercedit.
ff. de cond.
& demonstr.

Sophoc. apud
Stobæum ser.
60.

L. ob æs alienum.
C. de oblig. & act.

L. i. C. qui bon. ced. poss.

Var. lib. 6. de ling. Lat.

L. si vitulum.
ff. de re. iudic.

dicato non patitur, utilis in eum pœnalis actio danda, vel, ut quidam putant, iniuriarum cum eo agi poterat. Sensus est: pœnarum, vel iniuriarum actione eum teneri, qui non patitur ad debitorem suum cōdemnatum & in vincula coniectum, victum, vel stratum, id est, lectum inferri: ex quo patet debitores vel voluntariam subiisse servitutem, vel coactos fuisse perferre pœnas, squalloresque carcerum: quæ indigna vel summos viros legimus fuisse perpes-

Val. Max. l. 4.

fos hac necessitate compulsos. ex Valerio planum est, qui de Tiberio Graccho libro quarto scribens: Cum ex professo, inquit, inimicitias cum Africano, & Asiatico Scipionibus gereret, & Asiaticus iudicata pecunia satisfacere non posset, atque ideo à Consule in vincula publica duci iussus esset, appellassetque Collegium Tribunorum, nullo volente intercedere, secessit à Collegis. Sed luculenter de pœnis debitorum eloquitur ex nostris Diuus Ambrosius. Offeritur pecunia creditori: vix, inquit, hac solvit usuram: caput debes. redit exhausto patrimonio capitis reus & imminuto accipit fœnore, accipit inducias tristiores bellicis, quasi post biduum praeliaturus; in bello enim victoria incerta;

Id. Ambro. lib. de Tobia.

*Merces auxiliorum
servitutis
appellatur à
Cic. in Off.
Arist. lib. 3.
Polit. c. 3.
Contr. l. 1.
de Rep. V. s.
meta.*

hic certa inopia: illic se chypeo tegit; hic nudus occumbit; illic lorica pectus includit; hic totus carcere includitur: illic telis manus operat, armat segittis; hic are vacuas offert vinculis alligandas. Propterea aiunt Politici mercenarios & opifices servos esse publicos. illorum etiam verè ciuem dici neminem: nam ciuis liber est homo. Quemadmodum verò à Natura animal, eodem modo ciuitas est ab hominibus constituta. in animali multas comperies esse partes, quæ animatæ non sunt, quibus tamen ad vitam animal indiget. sic in urbe multis omnis classis hominibus est opus, ij tamen minimè sunt partes ciuitatis, neque augent ciuium numerum, licet publico omnium commodo sint necessarij. Artificum turba nihilominus turpis est. Isti sunt qui sedentarias exercēt. artes verò serviles ideo dictæ quòd à servis olim exercerentur, homine libero, & ingenio prorsus indignæ. Vile istud omnino exercitium. nam, doctore Aristotele, Artes quæ deterius disponunt corpus, & cuncta mercenaria sordida solent nuncupari. mentem enim occupant, & vilem reddunt. fusiùs hoc astruxit Xenophon in suis æconomicis. Quas enim mechanicas artes vocamus, vult abiectas esse omnino, meritoque improbat. Quippe quæ corpus atterant, cum assidere homines, & umbratiles esse cogant: nonnullosque ex ijs opificibus integros dies igni incubare compellant. eternatis deinde labore

Arist. l. 8. Polit. cap. 2.

Xenoph. in suis æcono.

labore membrīs, necesse est animos debilitari, & quodammodo agrotare. Adhuc vix satis commodè amicis, & Reipublica vacare possunt, ad amicos & Rempublicam iuuandam omnino inepti. Hæc & alia loquitur de artificibus Xenophon fœdas nobilitatis maculas, & notas. si quādo verò legas, aut audias nobilem opificem, Pictorem: id sonat hominem, in qua se exercuit arte, excellentem. il- liberales, & sordidos quæstus mercenariorum omnium alicubi appellat Cicero. Nec refert subiectionem voluntariam ostendere: *Nulla seruitus turpior esse potest, quàm voluntaria*; dicit Seneca. sed extat Dialogus Luciani de mercede conductorum, in qua plura inesse turpia bene aperit.

Salubre tamen est consilium debere sese hominem, inopem præcipuè, instruere aliqua arte. quod de quauis honesta in sciētiis comparandis constituta ex occasione ingero.

Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Sanè suam cuique artem pro viatico esse, vice prouerbij iactatur. hæc enim, quæ te ubi fueris gentium, & quò contendas comitantur artificia, nec fortuna furripi, neque vi eripi possunt. Memorant Neronem cui prædicta à Mathematicis fuerat de Imperio ruina, hac venia artem Cytharædicam meditatum, vt esset vnicum, quod aiebat, in egestate confugium.

Non est ullum humani infortunij

Solacium dulcius in vita, quàm ars.

Non nisi homo ignaua opera loquitur illa Menandri nimium supina.

Qui primus inuenit artem alituram mendicium

Multos fecit miseros. simplex enim fuerat

Illum, qui sine molestia viuere non poterat, mori.

Itaque prudenter faciunt, qui ab ineunte ætate eas sibi artes comparant, quas nihil afferentes sarcinæ secum circumducunt, & cum exegerit occasio depromunt. non improuidè hi se gerunt: secus enim ait Comicus,

Miserum est opus

Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.

Sed non est hic locus longè plura de hoc argumento subtexere.

Illud postremò adnotauerim, seruilis conditionis macula eos ingenuos, nobilesve viros non sordidari; qui ne otio marcescāt aliquam non inconcinnam artem exercent, otij, vt dico,

S 3 non

Planum etiā est quātopere improbenz nostra leges operam mercenariam. l. i. §. 4. ff. de vari. & extraord. cogn. L. Seneca epist. 47. Lucia. Dial. de merced. conduct.

Adag. col. 427.

Ioan. Stoba. Serm. 58.

Menander apud Stoba. Serm. 59.

Plant. in Mostell.

non pretij caussa: vt picturam, aliamve. Neque si ea alicubi videatur consuetudo, & sit in more positum, vt nobiles artes aliquas arripiant.

Neque demum qui Aulicus ingenuæ Principum seruituti est addictus. Aulicorum enim obsequium non seruitus est, id est, Aulici non seruire, sed obsequi dicuntur, honestisque officiis excolere Dynastas. Nā si Princeps, vt vidimus, ex obscuro nobilem facit, quis putet eiusdem obsequio nobilem effici ignobilem? Vnde multi qui Principibus se mancipant non tā tenuioris fortunæ impulsu, quā elegantioris vitæ studio aulas colūt. qui licet aureis, quod Aristippus aiebat, cōpedibus vinciantur, aliena fame edant, alterius somno eant cubitū, splendide tamen laetæque viuunt, iis virtutibus imbuuntur, quæ ad elegācias vrbanas apprimè faciunt, mores hauriunt liberales, comes sunt, faceti, elegantes cultu, & vestitu. quæ omnia ornamenta potiùs, quàm maculæ viri nobilis censentur. licet isti ex alio capite libertatem ex aulis exulantem non assequantur. certè multis in locis nobiles pueros honestæ Principum seruituti addicere ab eorum dignitate alienum non reputatur. Quocirca explicata seruitutis genera nobilitati è Regione, & quasi è diametro opponuntur, quod libera hæc, illa subiecta sint ab humana libertate degenerantia.

*Mercatura deceat, an dedeceat virum nobilem.
Ad seruilem statum vergit. Honoribus prohibita.
Alicubi gentium honesta. Necessaria, sed parum ingenua. De diligentia mulierum.*

C A P V T V.

QUAMVIS hac in re sit standum à moribus, & consuetudine Regionum; tamen deceat, an dedeceat mercatura virum nobilem generatim diiudicemus. Quæ cum multa importet, & exportet humano victui necessaria; eaque præstet, sine quibus vix posset Respublica constare, maxima videtur bono publico afferre emolumenta; adeoque honestis digna viris, nedum vilis, & abiecta. *commercio, & imperio*, duobus quasi vinculis ligata.

ligata, visa est Platoni primum, Callistrato Iurisco nsulto deinde societas hominum constare.

Plat. l. 2. de Rep.

Verum contra mercaturam, & eiusdem sectatores illud Livi occurrit. *Quæstus omnis indecorus Patribus visus est.* Vergit enim ad servilem statum. servile est enim ut quis te ad hoc expositum, & huic rei condito pretio suis adigat servire commodis: tamen operam, & rem pecunia licitetur. servitus hæc paulo honoratior est, sed publica tamen dici solet, dum eius res, vel opera pretio vanit. Itaque constanter, & audacter tene mercaturam viro nobili, præsertim in altiori gradu constituto, lucem familiæ, splendoremque nominis denigrare. quod satis eo posset argumento comprobati, quo evicimus agentes de diuitiis: Nobilitati plurimum officere mercaturam, quod illa hominem lucri cupidum efficiat. Quæ de causa à Reipublicæ gubernaculo mercatores semovendos præcipiunt Politici: ne scilicet rei privatae addicti publica vel cum detrimento boni publici deferant, vel, quod frequentius accidere solet, ad privata commoda distorqueant. Hinc extat præclara Honorij, & Theodosij constitutio in hæc verba. *Nobiliores natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeias, & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.* ob eandem causam Aristoteles in Politicis, mercatoribus militiam interdixit. cuius iudicium subsequuta sunt Cæsarea decreta, quæ statuunt: *negotiatores ne militent, neque milites negotientur.* Refert idem Aristoteles quibusdam populis eam legem fuisse, ut ad consilia belligerandi non admitterentur qui agros hostibus limitaneos haberent, ne ad privata respicientes minus commoda suaderent.

Liv. l. 3. in fin.

L. nobiliores.
C. de comm.
& merc. l.
militis quia
Rep. C. de re
mili. l. 12.
L. unica. C.
negoti. no mi.
li. l. 12.

Arist. l. 3. Polit. c. 7.

Idem l. 7. Polit. c. 9.

Non modò etiam contendimus abiectum hominem mercaturam professum non extolli, verum in viro ingenuo generis splendorem obscurari, si rem quærat mercaturis faciendis. coërce tamen sententiam, si aliud mos regionis obtineat. etenim, ut dixi, sordent nimium tales homines abiecti, pusillique animi. non mercatores pudet dicere, *Lucri bonus est odor ex re qualibet.* eiusmodi fuit sordida vox Vespasiani: qui homo turpiter avidus cum ex lotio vestigal faceret, à filio Titò fuit admonitus, ne è re tam putida cogeret pecunias. ille filij naribus admovit collectam post pecuniam, interrogans ecquid illa puteret: Tanto Imperatore

peratore vox indigna, quæ ob auaritiam eximias in eo virtutes deturpauit. ita apud mercatores iubetur valere pudor ubi de pecuniis res agitur. Audi Plautinum lenonem in Pseudolo.

Plaut. in
Pseud.

Nimio illud quod pudet facilius fertur, quam illud quod piget.

Et alibi,

Lucri quicquid sit id domum trahere oportet.

Misericordias iam habere haud hominem oportet.

Bald. in l.
Nobil. C. de
comm. &
merc.

Alex. in no-
tis ad Bald.

Nostri Iurisperiti legum auctoritate, & rationis ductu mercaturam exercentes in nobilium ordinem non venire docuerunt. ex iis est Alexander, qui hac nota notet Venetos. Ac licet demus non ubique gentium illam sordescere, ac scita, moresque quarundam Regionum Reipublicæ, & Nobilitatis aditu mercatores non prohibere. isti tamen apud quos istud in more est positum, procul dubio exteris, & alienigenæ urbis ciuibus debent loco cedere, si extra propriam ditionem contentio oriatur. etenim non tenentur exteri scitis, & moribus alienæ regionis. id aduertit Scotus Iurisperitus. At prodesse videtur multis viri nobilis professus mercaturam. Respondet Cicero. *Quis mihi laudet liberalitatem cum versura? Quid? hac liberalitas gratuita est an mercenaria? si sine premio benigna, gratuita est, si cum mercede, iam est conducta.* At iterum dices: necessaria planè est mercatura. si nauigatio conquiesceret, multum Respublica detrimenti pateretur. Sed multa sunt, quibus indiget societas humana, nullus tamen ex eorum necessitate apparet splendor. Adde quod solum illæ negotiationes necessariæ existimantur, quæ in mercium, & Annonæ importatione, & exportatione continentur. cæterum sunt quædam artes fœneratoriæ, in quibus præter fœnus mercatorum, nullum meliorem usum est reperire. Artem numulariam, quæ his temporibus adeò frequens, improbat maximè Aristoteles. in ea enim pecuniæ usus distorquetur, quæ solum ad commutationem est inuenta. Non autem *numus parit numum.* illa enim fuit antiquissima commutatio, dum rem pro alia commutare fuit in more; qua homines primis temporibus uti cœperunt. sed id commutandi genus parum prosperè cedere fuit obseruatum, nam locorum interualla, & diuersarum rerum indigentia parum opportunam commutationem reddebant. unde inuentum fuit numisma ex metallica materia confectum, Principis imagine, alioue Reipublicæ caractere designatum, quod esset

Arist. libr. 5.
Polis. cap. 6.
& 7.
Gen. cap. 21.
L. 1. ff. de rer.
permut.

esset pretium & quasi publica rerum omnium mensura. Id docent Aristoteles, & Paulus Iuriconsultus. unde ille artem numulariam damnavit in Politicis veluti naturæ, & rectæ rationi repugnantem. Numularios idem hosce homines vocavit: sed argentarij, mensularij, Trapezitæ dicebantur antiquitus Latinis; Græcis Collibistæ. Vnde Tabernæ argentariæ, quæ in foro prope ædem Castoris fuere. hinc illud ortum habuit, *cedere foro*, ex sententia Budæi, cum mercatores è foro recedebant, ubi pecuniam decoxerant: Legem etiam existisse apud Romanos, sunt qui prodant, ut horum decoctorum corpora in pœnam imposturæ in frustra exacta creditoribus distribuerentur. legem fuisse duodecim Tabularum affirmat Aulus Gellius, sed lex sapiebat Barbariem; & nostræ religionis decreto culpam. mitior, & congruentior lex Cæsarea, quæ vxoris & filiorum bona, licet sint emancipati, creditoribus addicit, si vir vel pater cedat foro. Prius quod vxorum luxu, & filiorum profusionibus saepe res familiaris attenuetur. deinde quod vxoris, ac liberorum amor, seu timor ne ea patiantur detrimenta, solet hominem ad res domesticas sedulo curandas efficere consideratiorem. sed haud minori pœna fortasse in istos impostores tunc temporis fuit animaduertendum. Quamobrem mercatura, maximè numularia, quia his, & aliis titulis malè audit, parum ingenua etiam indicio reputatur, quod insudent optimi Theologi in ea à labe criminis lethalis vindicanda. multi enim sunt qui affirmant vix posse exerceri sine detrimento salutis æternæ. saltem res est controuersa, ars ipsa est multis periculis contermina, quod nulli artium reliquarum fere accidit.

Ineptius obiiteres mercatorem exercere actus illius virtutis, quæ cæteris supereminet; nempe iustitiæ. proinde eius actiones honore, non vituperio dignas. nimis hoc argumentum probaret. non modo mercatores, verum quoscumque opifices, & mercenarios ad nobilitatem inuitaret. ij quippe omnes ex iustitiæ præscripto operantur, quæ in commutationibus consistit. Huc etiam collineat quod dici solet; mercaturam si politicè, & œconomice simul exerceatur admodum splendidam censerì. propterea quod non solum honesta aliqua via lucra adipiscitur, unde se suosque decenter ditet, & alat; sed maximè quod Reipublicæ, & bono civium communi inuenerunt. etenim etiam

Ar. lib. 1. Polit. cap. 6. Paul. l. cit. D. Tho. l. 2. de Reg. Princip. Arist. lib. 1. Polit. c. 7. Conu. 16. 2. de col. numif. cap. 7. L. qui tabernas argent. ff. de contrah. empr. L. argentarij. ff. de eccl. Budæ. l. ult. ff. de pigno. acti. Idem l. si hominum. ff. Depositi. Gell. l. 2. c. 1. L. si. Cod. de Primipal. l. 22. Imo Pan. in c. ex parte de consuet. in fine. Guilic. de Bene. in c. Rain. in verbo eo. test. 1. n. 218. Cata opus. de camb. cap. 2. Hoff. in sum. tit. de usur. Merca. lib. 4. de contrah. c. 1. D. Antu. & alij.

T
cuius

eius laudis fierent participes cæteri vilioris ordinis artifices, isti etiam non modo æconomicè suarum artium operibus prospiciunt familiæ, sed præterea politicè communi Reipublicæ, & ciuium vtilitati suis magisteriis, licet abiectissimis, deseruiunt. quæ etiam in multis sunt opportuniora, quàm nonnullæ auri corradendi artes.

Cæterùm in his, quod initio dixi, controuersis dirimendis gentis mores sunt inspiciendi. Neapolitani supra quàm cuique est credibile abhorrent à mercatura. adeò vt de iis hæc recenscat, & carpat Cassaneus. quod desides in vrbe viuant, procul à rure, & rusticanis negotiis, in desidia & ignauia constituent nobilitatem, solum mutuis colloquiis dies integros traducant (vnde fortasse nugæ Neapolitanæ,) quod malint latrocinio, quàm honesto quæstui vacare, quod citius fame intereant, quàm nuptias parum honestas contrahant. sed maximus (ingenuè est fatendum) Neapolitanorum equestribus ordinibus accedit splendor, quod ab omni negotiatione alieni (rusticari tamen nemo vnquam à nobilium dignitate putarit alienum) familiæ splendorem integerrimè custodiant. nec scio an vlla natio nobilitatem adeò fartam rectam ab omni labe habuerit. Verùm illi Ligures & Venetòs è diametro opponi vult idem auctor. Romani medium tenere; nam licet mercaturam vilem æstiment, non eos tamen pudet honesto quæstui ex re rustica, & pecuaria vacare, propria rura excolere, armentorum curam gerere. Gallitidem, qui nobiles sunt sua rura colunt, de propriis agris ipsimet percipiunt prouentus. maximè verò suas incolunt arces amplas, & magnificas, oppidula, & loca fossis, & aggeribus munita: aliud genus negotiandi vile censent. inò apud eosdem, qui nobiles volunt haberi has sibi construunt, vel emunt arces, prædia, oppidula: remoti verò ab urbibus, quas nobiles fugiunt, mercatores frequentant, nobilis familiæ fiunt auctores. Italici Principes mercaturam non repudiassè est qui scribat. sed ad paucos, nò ad omnes tale studium peruenit. Reges Lusitani angustis Regni finibus interclusi mercatura duce, quam exercere non sunt dedignati, aditum sibi aperuerunt ad Orientis opes, atque intimos nqui orbis recessus. Vnde maxima illis facta est accessio Imperij, & diuitiarum amplitudo.

Quod ego hoc loco virum nobilem monuerim illud esse non

*Anatom. in
gen. secti. 1.
mem. 16.*

non alienum à sua dignitate facturum si honestis lucris quærendis prospexerit familiæ & posteritati. in quas enim misérias ob rei familiaris tenuitatem filij impingant honesto cultu destituti, & quantum prosint nobilitatis honori retinendo opes, & diuitiæ inferius est examinandum.

Multa tamen, quæ virum dedecent ingenuum, honestas ad-decent mulieres. Lucretia, aliæque ob lanificium laudantur. Sa-lomon mortalium sapientissimus mulierem mirificè extollit, quæ linum quæsiuerit, & lanam. Etenim mulieres cum publico prohibitz intra domesticos parietes se contineant, iisdem itidem rei domesticæ cura demandatur. non hæc requirit mentis exquisitam considerationem, ideo facile, & cum laude rei fam-iliaris curæ mulieres se accommodant. imò illarum ingenio est hoc exercitium aptum, & consentaneum: muliæres enim effinxit Deus timidiore ob rei domesticæ solertiã. id docet eleganter Columella. *Cum & operam, & diligentiam ea, qua propo-suimus desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur qua domi custodiri oporteret, iure à natura comparata est mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem, & extraneam. itaque viro calores, & frigora perpetienda: tum etiam itinera, labores pacis ac belli, id est, rusticationis, & militarium stipendiorum distribuit: mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, dome-stica negotia curanda tradidit. & quoniam hunc sexum custodia, & diligentia assignauerat, idcirco timidiorem reddidit. nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. hætenus ille in suis præceptis rusticanis. Quod præterea à natura edoctæ multæ na-tiones institutis confirmarunt. etenim Ægyptiorum mulieres calceis non uti, sed nudis pedibus incedere fuit patrij moris: ut quodammodo sese domi continere cogerentur. notum est illud: *Mulieris famam, non formam oportet esse notam.* Apud Bæotios no-ua nupta ad domum delata currus axem præ foribus combu-rere consueuerunt: ut intelligeret incedendi facultate imposte-rum adempta, curandi domestica necessitatem esse impositam. Venus etiam Phydica pede testudinem premebat, nimirum ut matrem familias, ne à lare domestico discederet, eo commento edoceret.*

Prouer. 36.

Columell. in Proæ. l. 13.

V. Vale. Ma-xi. l. i. c. de seueritate. Plutarch. in Probl.

Qua retineant Nobilitatem. Diuitia, liberalis educatio. Ea cultura cur Nobili impensior? In Adolescentia aptior? Virtus Heroica ex generositate, & doctrina. Pauca de Priscorum educatione. Patrum lenitas vituperata. Scenica, & Amargia Adolescentiam enervant.

CAPVT. VI.

APERTIS verbis suprà asseruimus ad nobilitatem acquirendam plurimum cōducere diuitias: potiori iure faciunt ad eandem retinendam. vetus est illud Philosophicum axioma: Rem per easdē, quibus producit, causas cōseruari. etenim diuitiæ ad splendide, lauteque viuendum præbent materiā. vnde vir potens pecuniæ nulla labe seruili maculatur. Accedit præterea quod exercet eas virtutes, quas in viro nobili desiderabimus, liberalitatem nimirum, ac beneficentiam. Quod L. Seneca de sapiente, nos de viro nobili, ac generoso eiusdem verbis descriuimus. *Quid autem dubij est, quin maior materia sapienti viro sit animum explicandi suum in diuitijs, quàm in paupertate? cum in hac unum genus virtutis, non inclinari, non deprimi. in diuitijs & temperantia, & liberalitas, & diligētia, & dispositio, & magnificentia campum habeat patentem.* Hæc ille postquam in utroque Catone diuitias laudasset. quibus verbis etiam diuitiarum vsum, quem solus sapiens rectè perspicit, nobilibus bene ostendit. laudat enim diligentiam quærendi opes, ac tuendi: præterea requirit dispositionem collocandi, & administrandi. Hoc est quod docet etiam Apuleius. *Solus sapiens, quia opes potest in vsibus necessarijs regere videri ditissimus debet. Nam ceteri, quamuis sint opibus affluentes, tamen quod vel vsum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas artes, inopes videntur.* Soli lumen infert, qui pluribus hoc confirmat. Certè luculento patrimonio diuturnitati familiæ bene consulitur. Quo argumēto Phocionis viri integerrimi animum legati Regis Macedonum Philippi corrumpere pecuniis tentarunt. Licet ipse,

L. Sen. de
beat. vit.
cap. 22.

Apul. in Phi-
los. Plat.

Æmil. Prob.
in eius vita.

ipse aiebant, opibus quas repudias, facile careas, tuis tamen liberis prospicias, quibus arduum est in summa paupertate tantam paternam gloriam tueri. Neque caruit aliqua nota Aristides, cæteroqui prudentissimus, qui ob nimium contemptum diuitiarum neglexit posteris patrimonia parare. vix de dote filiabus prospexit. *Cuius propterea stirpem, ait Plutarchus, ingens paupertas partim ad circumforaneas tabulas reiecit, partim ad ciuitatis largitionem supplices manus subijcere cœgit.* Ab eius proinde posteris nihil gestum magnificè memoratur. Prudentius Marcus Cato, qui rem domesticam non neglexit, vnde ipsius familia vsque ad quartum genus floruit honoribus. Auctor est idem Plutarchus in comparatione vtriusque. Sapienter illi quidem posteritati consulere videntur qui luxui, ac profusioni modum faciunt. hac via potissimum magnæ opes conseruantur. Quod Mæcenas monuit Augustum. *Magnæ opes non tam multa capiendo, quàm haud multa perdendo parantur.* Plinius etiam ad Traianum. *Tantas vires habet frugalitas, ut tot impendijs, tot erogationibus sola sufficiat.* Prodigios qui temere pecuniam profundunt non abs re iis ficubus Crates assimilât, quæ in altis præruptisque rupibus nascuntur, è quibus homo fructum non accipit, sed corui tantum atque milui. Huc refer etiam Actæonis fabulam à propriis canibus discerpti, sub quo inuolucro eum designare antiqui voluerunt, qui à domesticis discerptitur parasitis, adulatoribus, & huius notæ aliis. Sed de diuitiis mox, cum de paupertate, sermo fuor recurret.

Plutar. in eius vita & Catonis.

Plutar. in cœpa. vtriusque.

Diod. lib. 52. Plin. Paneg. ad Traian.

Ioan. Stoba. serm. 8.

Ad educationem transcamus. educatio enim omnibus in rebus generatione est difficilior. vnde Demodocus apud Platonem in Theage suorum filiorum generationem facillimam expertus, educationem asperrimam fatetur. *Vt in plantis, ait, facillimum hoc nobis est, qui terram colimus, reparare quidem omnia antequam plantemus, & ipsa etiam plantatio: postquam verò quod plantatum est viuit, tunc cultus ipsius varius est, & difficilis sic & in hominibus videtur.* Quò referas illa Senecæ. *Perdes Agricola quod sparsit si labores destituit in semine: multâ curâ sata perducuntur ad segetem: nihil inde fructuum provenit quod non à primo vsque ad extremum aqualis cultura prosequitur.*

Plato in Theag.

L. Sen lib. 2. de benef. cap. 11.

Quamobrem vt nobilitatem familiæ maiorum laudibus florentem fartam rectam habeamus ab pueritiâ est prouidendum.

Plato in
Charm.

ea enim bene modestęque est instituenda, vt nobiles, & ingenui vitę subsequentis curriculum cum laude peragant. Plato in Charmide, vel de temperantia omnes quidem, sed tres præcipuè introducit Socratem ad temperantiam cohortantem; adolescentem, nobilem, & pulchrum. adolescentis est ætas lubrica, nobili cura Reipublicę debet esse cordi, pulcher caueat corruptores. Hinc liberalis nobilium adolescentium educatio omnibus his causis visa semper fuit vitę morumque magistris honestarum actionum fulcrum, & subsidium, si præsertim de auito nobilitatis splendore retinendo res agatur. nam licet verissimè dixerit Princeps Lyricus,

Horat.

*Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo cultura patienter prabeat aures.*

Plutarc. l. de
educ.

Hęc tamen cura est accuratior nobilibus pueris adhibenda, cum sint culturę aptiores. *Quemadmodum sigilla mollibus imprimuntur ceris, ita & doctrina teneris insculpuntur animis.* ait Plutarchus. Præterea soli bonitate largiorem præfagiunt vbertatem. non respondet prouentus cum fœnore labori, nisi vberi gleba terra mollito, subactoque gremio sparsum semen exceperit. *Non coalescunt sparsa semina nisi etiam terra qualitas fuerit operata.* non minus verè Cassiodorus.

Cassiod. libr.
6. var.

Præterea exquisitior, & impensior cura ingenuos excolat adolescentes: nam quod dexteriore sunt ingenio, eò deteriores euasuros nemo ambigit, si qua pollent mentis agilitate ad malitiam abutantur. Cautio est Platonica libro 6. de Republica. *Animi ingenio præstantissimo præditi si malè educati fuerint, pessimi sunt.* Ab Aristotele confirmatur; puerorum optimam indolem, pessimam futuram, si praua accesserit educatio, id est licentia, libertasque viuendi. His adde Chrysostomum ex nostris. *Omnis iuuentus imprudenter educata omni ferocissima bestia immanior est.* Sed Philosophi generatim docuerunt futurum hominem omnium animalium iniustissimum, si in pessimos, ac deprauatos abierit mores. *Homo est animal mansuetum, & si cum felici natura rectam educationem associauerit diuinissimum euadet, sin secus fuerit educatus, ferocissimum omnium, quæ in terra nascuntur animal redditur.* docet idem Plato. In hanc sententiam sunt illa Senecę. *Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini produnt, & paria his, ex quibus orta sunt surgunt: si*
malus,

Plato 6. de
leg.
Senec. epist.
78.

malus, non aliter quàm humus sterilis, ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus. Neque iniuria id astruunt. etenim si in homine mores deprauentur, cum sit vnicum animal, omnium tamen bestiarum immanes naturas compendio imitatur. Subiiciam Boëtij verba elegantiora, quàm vt aliter exprimi possint. Avaritia feruet alienarum opum violentus ereptor? similem lupo dixeris. Ferrox, atque inquietus linguam litigij exercet? Cani comparabis. Insidiator oculis subripuisse fraudibus gaudet? Vulpeculis exaquetur. Ira intemperans fremit? Leonis animum gestare credatur. Pavidus, ac fugax non metuenda formidat? Cervi similis habeatur. Segnis, aut stupidus stupeat? Asinum vincit. Lenis, & inconstans studia permutat? nihil ab auiibus differt. Fædis, immundisque libidinibus se immergit? sordida suis voluptate detinetur. Ita fit, vt qui probitate deserta homo esse desierit cum in diuinam conditionem transire non possit, vertatur in belluam. Hæc Boëtius in descriptione hominis monstri portentosi, qui deprauatè viuendo tot figuras induit belluinas. Multò antea Plato sub multiplicis bestię nomine expresse vitam hominis depinxit omnibus vitiis inquinati. at Marfilius Ficinus illius interpretes hominem in bestiarum affectus, & habitus potius quàm in corpora migrare interpretatur. hoc diligenter nobilium parentibus cauendum, ne in reprehensionem, & admirationem eiusdem Philosophi incurrant. qui alibi admiratur, multos cura & artificio laborare, vt aues humano sermone vocales, hominibusque similes efficiant, parum tamen, aut nihil prouidere, ne homines ipsi bestiis similes efficerentur.

Boët. l. 4. de
conso. prof. 3.

Plato dialo.
de repu.
Marfi. Fici.
ibidem.

Plato apud
Ioan. Sioba.

Denique hanc diligentiam in nobilium ~~libris~~ instituendis requirit ipsum bonum publicum. cum enim ad Rempublicam administrandam nobilis, non plebeius accedat, necesse est exquisita, & diligens sit illius ordinis educatio, qui olim Romæ seminarium Senatorum fuit nuncupatus. *Filios aiunt decreta Cæsarea, non tantum parentibus, sed Reipublica nasci & institui: ex illis enim constat, & dum alter alteri succedit, immortalis quodammodo efficitur. Eas denique Respublicas felices futuras Plato dixit, in quibus aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur: nimirum voluit ostendere bonas artes, ac disciplinas plurimum conferre ad rectè gubernandum, ne iis Reipublicæ moderator destitutus, Rerum impenitia de recto quasi currum ablatius malis artibus impingat. Ad prudentiam verò, & scientiam gubernandi rectè pergit*

L. 1. ff. de vët.
in posses. mita.
ten. l. 1. ff. de
iust. & iur. l.
proponenda-
tur. ff. de lu-
di. l. liber. ff.
de verb. sign.

Herod. l. 1. 5.

pergit qui contendit ad doctrinas assequendas.

Verum in teneris puerorum, & adolescentium animis hæc cultura est adhibenda: nam ea ætas instar ceræ, quam malueris exprimer figuram.

Plin. 2.

*Ut laus est ceræ mollis, cedensque sequatur
Si doctos digitos, iussa que fiat opus.*

L. Sen. epi. 9.
Hieron. ad
Latam.

Contra verò si in teneros animos vitia inuasere, ad ea extirpanda frustra mouebis omnem lapidem. *Difficiliter reciduntur vitia*, ait Seneca, *quæ nobiscum creuerunt.* & Hieronymus ad Latam. *Difficiliter eraditur, quod rudes animi perbiberunt.* hinc illa poetica.

Horat. lib. 1.
epist. 21.

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu.*

Arist. lib. 7.
Polit. c. 19.

Excogitatae sunt etiã multorum similitudines: lanæ scilicet conchyliorum sanguine tinctæ, quam si ad pristinum candorem velis reuocare operam perdidideris: Arboris etiam, quæ quo tempore virga fuit tenello surculo facillimè reuellitur: si creuerit, & obduruerit non patitur extirpari manu, ferrò opus est. Cum in pueritia corpora ipsa quia mollia sunt & tenella, alior quàm fuerint procreata assuescant, animis etiam flexibile quid inesse, & retineri, qui subtilius hæc tractant, obseruarunt. Ad sanitatem, & rem bellicam conferre si ea ætate frigori pueri assuescãt censuit Aristoteles. Vnde in more fuit positum alicubi recenter natos frigido amni immergere; parua veste amicare, & succingere. quod pueritiæ, ad frigus scilicet assuescere, est. consentaneum ob calorem quo feruet, & exæstuat. Sunt etiam qui narrent cum pulchrum apud quosdam populos videretur oblongo esse capite, solitas nutrices receter editorum tenella capita manibus tractare, & comprimere, donec globosam, & orbicularem capitis figuram vel corrumpèrent, vel fastigiarent. nam fasciis astrictam in acumen crescere cogeabant. inde verò est factum, vt conuersum fuerit studium in naturam, atque filij ex his oblongo capite nascerentur, adeoque macrocephali appellati. Sed huius notæ exempla, & similitudines sexcenta inuenies apud alios de educandis liberis præcepta præscribentes. Publicane etiam an priuata educatio sit præferenda: mores nutricios cum lacte ebibi, expedient Plutarchus, Quintilianus, Aristoteles.

Marc. Anto.
Mure. l. 12.
vari. lecti.
cap. 9.

Sed ingenue adolescentium indoli si doctrina comes addatur, mirum quantum illi profecerint. etenim ex genetostate, & doctrina

doctrina in viro nobili virtus Heroica efflorescit. Est generosi-
tas vis illa in animo perillustri insita, & ingenita, quæ latentem
viget, doctrina ultimam addit manum; educit; perficit. Vnde
Horatius.

Doctrina sed vim promouet insitam,

Rectique cultus pectora roborant.

Horat. lib. 3.
caro.

Nobilis quippe, excelsusque suo genero animus, qui luxuriante
natura ferox alioqui, & incultus ~~uaderet~~, accedente sapientia
excolitur; & si quid in illo est fetoris, mitescit cultu. *Ut à circum-*
fuso lumine aspectus lumen accipit, ita mens à doctrina, ait apud Læ-
tium Aristoteles. ea vis maxime inest doctrinæ, ut generosos
quosdam spiritus, si qui sunt in homine, acuat, & educat.

Læti. in eim
vita.

In hoc prisce ætatis sapientes insudauerunt, ut bene scilicet à
pueritia Adolescentes instituerentur. Nec læt antiquarum re-
rum peritos à Pythagoræ eam emanasse consuetudinem, ut Ado-
lescentes honesto loco nati collatis in vnum pecuniis in com-
mune domicilium coirent; itaque communi contubernio edu-
cati iis artibus ad veram humanitatem informabantur, quibus
homines verè dici, adeoque esse possint. Tanta à Lacedæmoniis
hac in re cura fuit impensa, ut de prudentiori, & seniori ciue
magistratum constituerint, quem iuuenibus publicè educandis
præferebant. Athenis etiam præter decem moribus Adolēscen-
tium præfectos, Sophronistas dictos, sive Areopagitarum
Senatus assidua cura, diligentiaque præfuit, quod fuisse iis vr-
bi bus salutare experientia comprobauit, cum in eam quam le-
gimus excreuerint amplitudinem; quæ in armis, quæ in litteris
viris illustribus producendis. His exemplis Ægidius Carrillus
Toletanus præful in eiturus Collegium Bononiense superioribus
seculis instituit. *Vnde velut ex arce sapiētia,* ait scriptor Hispanus,
multi prodierunt litteris, & eruditione præstantes: doctrinæque splendor
hac via in Hispaniam est reuocatus; omnis antiquitus litteraturæ ru-
dem & expertem, nunc omni doctrinarum genere florentem.

Ioannes Mo-
ria. de reb.
Hisp. lib. 16.
cap. 15.

Demum exacto Concilij Tridentini omnium quotquot fuere
celeberrimi iudicio est constitutum, ut per omnes Christiani
nominis Principes vrbes ad piæ, honestæque adolescentes edu-
candos huiusmodi domicilia verè virtutum seminaria constru-
erentur. ex quibus tanquam ex equo Troiano, quod de schola
Isocratis olim dicebant, Adolescentes illustres sapiētia, & pieta-

Conci. Trid.
sess. 23. de
reform. c. 18.

V te

te conspicui prodirent.

Ad quæ omnia comparanda si labores subeundi, ad quæ recolenda si tantum sumendum, quantum conuiuuiis, pilæ, aleæ ab aliis tribuitur, velim cogitet ingenuus Adolefcens quod verè Poëta ait.

Horat.

*Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alfit,
Abstinet Veneri, & vino.*

Nec magna olim quis contendebat coronari olympia dulci sine puluere palmæ.

Onid. li. I. de
reme. amo.

*Dura aliquis præcepta vocet mea: dura, fatemur
Esse, sed ut valeas multa dolenda feres.*

*Sæpe bibis succos, quamuis inuitas amarus
Aeger; & oranti mensa negata mihi est.*

*Ut corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.*

Ut valeas animo quicquam tolerare negabis?

At pretium pars hæc corpore maius habet.

Cicer. pro
Cælio.

At obiiciet perfrictæ frontis Adolefcens. Detur aliquid ætati, sit Adolefcētia liberior, non semper superet vera illa, & directæ ratio; vincat aliquando cupiditas. Atque hæc, & alia ventilabit audaciùs, quod patronum habeat non indiserum Ciceronem, cuius ea verba sunt, ut multa alia in oratione pro Cælio idem habet, quæ videntur Adolefcētiæ cupiditati habenas remisisse, cum multa ob oculos ponat naturæ blandimenta, multas vias adolefcētiæ lubricas ostendat. *Quibus illa insistere, aut ingredi sine aliquo casu, aut prolapsione vix possit.* Verum eo loci Cicerone rigidus alioqui morum censor, non philosophum induit, sed oratorem profitezur. Orationis quippe scopus erat Cælium petulantem adolefcētem, impudicis Clodiæ amoribus irretitum, omnibus artibus ab accusatione defendere.

Peccant etiam multi Patres nimia in filios lenitate. sunt qui nimis molliter cum fatuo sene Demeneto illa dicant.

Plaut. in
Afin.

Omnes Parentes, Litane, liberis suis

Obsequelam facient, qui auscultabunt mihi,

Quippe qui magis amico utantur gnato: volo amari à me.

Et infra subdit illa molliora.

Et id ego percipio obsequi gnato meo,

Volo

Volo amorem obsecutum illius, volo amet me patrem.

Dum hi conuinent ad filiorum errata, ad inhonestas libidines iisdem faciem præferunt. Non ferus, non horrendus fuerit is Pater qui impius in corpore filium læserit? aliquo membro, crure, aut brachio debilitarit? truncarit? quid si eiusdem filij animum diuinæ autæ particulam, quo nihil in terris diuinus, hac indulgentia fœdaret, decurparit? Sunt tamen patres qui nimia licentia, quod rectum est in puerorum animis distorqueant. sed de iis eleganter Augustinus, quem serio consulas. Quid diceret Crates Philosophus, quem ex altissima urbis parte ea vociferari non pigebat. *Quorsum irruitis homines, qui omne in comparanda pecunie vestrum studium facitis? filiorum sanè quibus eas relinquitis nullam curam suscipitis.* Plutarchus etiam in Patres eos maxime inuoluit, qui numis parcunt, ne filij ab optimis præceptoribus instruantur. Aristippus mille drachmas ob filium instituendum à quodam postulauit. cui Pater: *seruum hoc pretio cerè emerem.* Sed Aristippus: *imò duos habebis seruos, filium, & quem mercaberis.*

*Marc. Anto.
Mura. lib. 7.
varia. loci.
cap. 4.*

*Augu. serm.
34. ad fratres tom. 20.*

Plutar. l. de liber. educa.

Duo præcipuè sunt vitia, quæ deplorandam reddunt Adolescentiam, & malis artibus imbutam in omne facinus impellunt. Amatoria scilicet, & scenica. libelli enim amatorij, & Poëtarum impuræ fabulæ, inhonestæque cantiones quid aliud præter venena vasis aureis propinant? Quorum carmina plus aloës quàm mellis habet. Degustata primùm in speciem suauia, altius deinde recondita virus, mortemque spirant. eò roferam Lucretij similitudinem licet contrario sensu eloquentis, quam ab eodem est deinde mutuatus Italus Poëta nostra ætate in cunctis celeberrimus,

De tollèdi & expungendis malis libris doctè scripsit Gabriel Dnther. libros tres.

Lucret. l. 4. de re. natu.

*Nam valuti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aspirant mellis dulci, flauoque liquore,
Vt puerorum atas improuida ludificetur
Laborum tenuis, interea perpotet amarum
Absinthii laticem, deceptaque non capiatur.*

Ita planè sunt isti Poëtæ. nescio quod velum allegoriarum obtendunt; interea verò loci aptis verbis, & concinnatis numeris animum prolestant. at dum videntur oblectare, *mollunt animos nostros, nervos omnes virtutis elidunt*: ait Cicero. & vt alibi exclamat

Aug. li. 2. de
civit. c. 14.

Cic. lib. 2.
Tusc.

Plutar. in
lib. de audi.
Poët.

Onid. lib. 1.
de rem. amo.

Aug. lib. 1.
confess. c. 6.

Horat. l. 2.
carm. od. 1.

mat Augustinus. *Quas illi obducant tenebras? Quos inuehant metus? Quas inflammant cupiditates?* Inter ceteras vitiorum illecebras, quæ diuina virtutum semina in homine insita, & sparsa corrumpant, studium, & lectionem Poëtarum idem Cicero enumerat. Hæc præsertim nostra tempestate sunt quæ in Adolescentibus virtutis igniculos restinguant. Poëtici enim illi numeri terminatione quadam oblectantes, fucata, & calamistris plena verba quid habent aliud præter iurgia, amores, metus inanes, desideria, amantiùm imprecationes, & alia melliora? hæc tamen hodie, vel à pueris audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus. Res ipsæ lasciuæ, & inhonestæ satis per se idoneæ censentur ad vulnerandos animos, sed dum addût præterea verborum flosculos, & aptant numeros poëtice victos, aptiores redduntur ad nocendum: quasi venenato vnguento tela delibuta. vt ipsa nimirum tela veneno tincta, insanabiliofem corpori infligunt plagam, ita res illæ penetrant facilius, altiusque infliguntur iis lenociniis imbutæ. Non negauerim multa esse à Poëtis conficta, vt nostros mores, quotidianæque vitæ imaginem in alienis efficta personis intueremur. sed hæc legenda cautè; & non nisi homo subactò, fermentaroque iudicio incumbat horum lectioni, ex Plurarchi consilio in libello de audienda poëtica, imò adolescentes, Poëtæ in re poëtica arripiant consilium. ita ille.

Eloquat inuitus, generas na tange Poëtæ,

Solueris dotes impius ipse meas.

Non minus inepta obpotunda excusatio. hinc verba, in-quiunt, discuntur, hinc acquiritur eloquentia. Respondcat Augustinus. *Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commediùs discuntur, sed per hac verba turpido ista confidentius perpetratur non accuso verba, quasi vasa electa, pretiosa, sed vinum erratis, quod in eis nobis propinabatur. Ego illud Horatij monerem.*

Periculosa plenum opus aleæ

Tractus, incedis per ignes

• *Suppositos cinerè dolosa.*

Quasi verò in omni lingua non adsint boni auctores, à quibus liceret petere sermonis elegantiam impudicis relegatis. Hinc Poëtæ huius notæ publicæ iuuentutis corruptores non modo è Christiana, sed etiam è Platonica Republica iubent excedere.

faga

sagaciores. Verùm quantam faciunt boni mores iacturam, tantam adhibent incuriam, quibus hæc præcipua cura esse deberet, ne Adolēscētes iis lēctionibus vacarent. ex iis verò sunt, qui ab incunabilis cum lacte nutricio ebibāt lasciuos Rhythmos, turpesque cantilenas: adeoque pestis est grassata ut rusticus, & morosus Adolēscēns censeatur, qui ab iis lēctandis valde abhorreret. Publicæ Academiæ hoc scelere non vacant: quæ sunt libidinis irritamenta, otij honestæ artes immutato rei vocabulo appellantur. Parthi olim interempto Crasso Milesiacam Aristidis in castris inuentam probro Romanis obiecere: is enim liber parum honesta tractabat. nec minus aliis opibus, quas optimas sunt prædati, quàm eo tam impudico in Romanis castris inuento libello sunt lætati. Quid dicerent Christiani nominis hostes iurati, si in vrbium direptionibus (omen auertat Deus) hosce impudicos, & amatorios libellos offenderent, quibus Bibliothecæ in omni lingua, & sermone sunt refertæ: certè nostrorum, qui Christianos profitemur, mores deriderent.

Plutar. in eius vita.

Verùm à libellis amatoriiis ad scenica transeamus. illi priuatim in cubiculis, hæc publicè in Theatris.

Animus à lēctione recens, & Poëtarū stimulis incitatus præterquàm quod ad prostibula, & lupanaria sæpe conuolat, ac desertissimos vrbis angulos non relinquit inlustratos, ad publicos præterea Theatrorum conuentus, quasi in portum, ut illis placeat, è perturbationum tempestate se confert. sed hi non sentiunt quantopere hæc scenica à viciis sanctissimis vituperentur. Theatra isthæc (in quibus amorum fabulas repræsentant gesticulatores, ac mimici homines infamiæ nota Imperatorum placitis fugillati) appellat aureo ore Chrysostomus: Communem luxuriæ officinam, Cathedram pestilentie, impudicitie Orchestram, Pessimum, plurimorumque morborum Xenodochium, Fornacem Babylonicam. Quanta verò in iis fœda, & impura spectentur enumerat iis verbis idem doct̃or facundissimus. Illic risus, ineptitudo, Diabolicus fastus, effusio, temporis impendium, superflua dierum consumptio, male cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis Gymnasium, intemperantia schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exempla. Hæ sunt pulchræ, & præclaræ, quas addiscit spectatoris animus in Theatris comædiarum artes. non verentur tamen obtendere, qui hæc scenica frequentant,

Chrys Hom. 8. de pœnit.

Idem Hom. 62. ad Pop.

Lactan. li. 6.
Inst. cap. 20.
Arno. in oñ.

Chrys. Hom.
1. in ps. 50.
Aug. ser. 31.
ad fratres.
1. Lips. li. 1.
elect. 1. 11.

Lin. lib. 2.

Plutar. in
eius vita.

L. Saluian.
lib. 6. de pro-
uid.

Innen. Sa-
tyr. 8.

quentant, multa illic præclara vitæ exempla addisci. Falluntur: potius malas artes edocentur. *Docent adulteria dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera.* ait Lactātius, cuius etiam magister Arnobius. *Mimus, inquit, vel exponit adulteria, vel monstrat, & eneruis histrio amorem dum fingit, infligit.* Vidoant isti quantum mala præponderent. Altera affertur non minus turpis excusatio. spectamus quidem, sed non lædimur, ioci scilicet nos delectant, vrbarnitas capit, cætera nec in animo, nec in moribus magis labem relinquunt, quàm Cymba in flumine vestigium. Attende quid ad hæc ex Chrysostomo. *Nunquid lapideus es, aut ferreus? igni coniungeris, & non ardebis?* Consentanea his respondet Augustinus. *Venenum quis recipere poterit, nisi fuerit aliqua dulcedine copulatum?* Mos fuit apud Romanos, ut post exacta scenica meretrices spectatorum libidini in scenam inducias exponerent. Quod illis cum lucro, & facili cedebar. nam perditii homines quæcunque in mimis, & obscœnitate fabularum oculis hauserant, non difficiles post ludos in reliquo corpore peccabant. ob id refert Liuius, rixam ac propè prælium fuisse Romæ aliquando factum, cum ab iuuentute Sabinorum per lasciuiam scorta per ludos raperentur. Verùm sermo exitum non inueniret, si vellem recensere quanta illic animus naufragia patiatur. Est qui laudet Alcibiadem quòd Eupolim Comœdum in mare deiecerit, & dum mergeretur illa diceret. *Tu me in scena sæpe merfisti, Eupolis; ego te semel in mari.* Restituo te ad priscos illos nostræ fidei Antistites, & literarum apices Cyprianum, Lactantium, Saluianum, Augustinum: quibus eat comes Tertullianus, qui omnes discretè iuxta ac piè in hæc nefaria libidinum spectacula inuehuntur. Ab his nos Adolescentem relegamus immatura præfertim, & non firmata ætate. dicant alij quicquid velint, & nescio quæ Principum, & Magnatum obiciant exempla.

*Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.*

Pauupertas

Paupertas nobilitatem agit precipitem. Servire adigit. Publica non tractat. Noxia bona indoli; sed non semper sordet: imò semper calcas ad scientias. Nobili pauperi si mediocris res scientia suasa, si tenuior à Piccolomineo proposita Religio, Militia, Principum obsequium. Aulicis cautiones tres data. Cantela, patientia, & modus.

CAPVT VII.

PREQVENS est amittendæ nobilitatis caussa in ingenuis familiis Paupertas. *Eversio rei familiaris dignitatem, ac famam praeceptis dabit: verissimè habet Tacitus. inter Iuriconsultos multi præclari viri id voluere, saltem alij annotarunt: Paupertatem ludibrio esse, & contemptui. Ratio cur paupertatem obstruere nobilitatis luminibus asseramus ea est non explodenda. etenim Nobilitas re numaria destituta, in scopulum impingit, quem feliciter præteruehit, qui opibus, & pecuniis præpollet. is est conditio servilis à Nobilitate, vt docui, aliena supra quàm cuique sit credibile. ad hanc disponit, & adigit Paupertas. nam da mihi nobilem virum cui sit inopia pro copia, domi res mala, foris spes multò asperior. Verè de isto Horatius,*

Taci. lib. 5. ann.

*Magnum pauperies opprobrium: iubet
Quodvis & facere, & pati,
Virtutisque viam deserit ardua.*

Horat. lib. 3. earm. od. 24.

Quid alti sapiat cui domestica deficiunt? necesse est scruiat, artesque addiscat fordidas (ni pareat nostris monitis) & turpi questu victum queriter diarium. Hoc potissimum incòmodo virum nobilem opibus destitutum sequatur consequens est, quod periculum diuiti, & opulento non procreatur.

Cedit interdum generosus spiritus utilitati & fortuna viribus succumbit.

Valer. Max. l. 7. c. 6.

Ad hæc altera ratio assignatur attentius recolenda. vir pauper tametsi nobilis fuerit à magistratu ob inopiam summoveatur, ad quem tamen patet aditus homini diuiti quamvis generis obscuri. Res enim publica difficulter (vt hic etiam paradigma

gmata, ciuilia adhibeamus) viro pauperi committitur. Primum quod vulgata sit Parœmia, tria laude digna non censer. *Formosum scortum, Robustum Baiulum, & tertium Pauperis consilium.* consiliis verè eger Respublica, & iis quidem optimis. & extat prudens Basilij Imperatoris ad filium hæc præceptio. *Consiliarijs utere ijs, qui rebus proprijs bene consuluerunt, rectèque eas administrarunt, non autem qui per imprudentiam malè. Nam qui suis rebus malè prospexerit, nunquam ille bene consuluerit alienis.* hæc cautè Basilius. ob idque legimus præclarum Tiberij fuisse factum, qui honestam multorum paupertatem leuauit, ob profusionem verò homines egentes, & ob flagitia Vibidium, Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Syllam, Vitellium aut Senatu mouit, aut sponte cedere passus est. Pro qua re Melanthij dictum in Gorgiam etiam occurrit. quem dixit de pace publica verba facere cum aliis non debere, cum *sibi, uxori, & ancilla* concordiam domesticam persuadere non posset. Deinde vir egestate pressus magis domesticæ, quàm publicæ rei videtur consulturus. Romani sapienter (nisi in tumultu maximo) Capite-
 censos, id est, eos, qui nullo, aut paruo ære censebantur, & Proletarios, id est, qui non amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant, milites scribi noluerunt. Causam subdit Gellius. *Res, pecuniaque familiaris obsidis vice, pignoris esse apud Rēpublicam videbatur, amorisque in patriam, fides quadam in ea, firmitermentumque erat.* Solon etiam in sua Republica ex nobiliori, & ditiori pariter ciue magistratum creauit, à quo prohibitus ordo Theticus, eorum scilicet qui Thetes, id est, opifices dicebantur. fides sit penes Aristotelem, non Thucydidem dissentientem. Indorum Respublica optimos, & ditissimos habuit rectores. Carthaginenses etiam ex bene nummatis magistratum constitui voluere; vt notam eam effugerent, qua notat Aristoteles Lacedæmonios, qui Ephoros, penes quos erat rerum arbitrium, vel inopes renunciabant. Laudatur Scipionis iudicium existimantis Seruio Sulpitio Galba, & Aurelio in Senatu contendentibus, neutrum contra Viriatum in Hispaniam mittendum. *Quia alter, inquit, nihil habet, alteri nihil satis est.* Itaque in suis tenebris paupertas delitescit. imò eiusdem onere premente vel industrius deprimitur.

Tacit. lib. 2.
Ann.

Plin. in Lacd.

Gell. libr. 16.
cap. 10.

Aristo. lib. 2.
Polit. c. 12.

Arist. libr. 3.
Polit. c. 10.
Thucyd. l. 3.
Plin. l. 6. c. 19.
Solinij collec.
cap. 6.
Arist. libr. 3.
Polit. cap. 9.
& l. 2. c. 7.
Valer. Maxi.
l. 6. c. 4.

Haud

*Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.*

Juvena. Saty.
3.

Sæpiissimè paupertas inuida est bonæ indoli, & bono ingenio: quot eximios in qualibet scientia viros haberemus, si multis res suppeteret domestica? lacent illustria Adolescentiū ingenia defectu argenti. cū verò pulchras artes non sectentur, diuertunt ad sordidas, & infames. multi de se ipsis illa dicunt Alciati.

Ingenio poteram summas volitare per auras,

Alcia. embL.
110.

Me nisi Paupertas inuida deprimeret.

Quæ diximus generatim vera sunt. fuere tamen in omni ætate, & arte illustres viri pacis, bellique tempore, paupertatis tamē studiosi. Valerius Publicola *omnium consensu Princeps belli*, *dacisque artibus moritur*, ait Livius, *gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset, de publico est elatus*. Quod item in funere exequiarum Menenio Agrippæ, & Thebano Epaminondæ accidit. Scipionis filia ex ærario dotem accepere. His addantur Phocio, Aristides, Fabricius, Coruncanus. Absit ergo, ut censeamus semper maiorem splendorem premere Paupertate obscurari: potest enim esse homo & nobilis simul & pauper, & cum Euripido illa dicere.

Plutar. in vit.
1a Fabij.
V. L. Seno. ad
Elui.

Pecunia quidem domestica nos deficiunt,

Nobilitas autem, & generositas manent.

Euripi. apud
Stoba. serm.
86.
Quintil. de
clam. 30.

Neque ex nobilibus vnus & alter cum Quintiliano illud iactare potest. *Non sum quidem locuples, sum inops censu, sed integer fama, sine fabula.*

At quid Pauperi, si nobilis sit, est agendum ne defectu rei domesticæ in eo auris evanescat splendor? is pareat nostris fidelissimis consiliis. quæ si firma non videntur, meliora pro tempore, & statu rerum ille arripiat. nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse, & illud; consilia temporum sunt, quæ in horas mutari vides. Suadeo primum viro Nobili, cui tennes opes, ut animum addicat litteris, & sciētiis comparandis. in dispari casu non est dissimile Quidipe consilium.

Sunt fora, sunt leges, sunt quos tueris amicos.

Ouid. l. 1. de
rem. amio.

Vade per Urbane candida castra toga.

Paupertatem hoc titulo multi commendant, quod sit stimulus ad virtutem. inde dicta aspera quidem, sed bonæ prolis nutrix, & virtutis seminatorum. proinde perperam dici (quod supra nos

X retuli

retulimus,) alij voluere; paupertatem esse impedimento Philosophiæ, diuitias ad eam conducere. *Quot enim putas, Thales diserebat, propter abundantiam potius, quam inopiam prohiberi à litterarum studio? An non vides pauperrimos ut plurimum philosophari? Diuites propter pecunias negotijs distentos detineri?* Huc refer non ineptam Theognidis vocem. *Multo sanè plures viri satietate quam fame pereunt.* & de paupertate Plautus in Stichio.

Apud Ioannem Stobæum
serm. 93.

Plaut. in Stichio.

Omnes artes edocet illa, ubi quem attigit.

Quid autem si vir ingenuus. Pueritiam, Adolescentiam excesserit? hæc enim ætas præcepta sapientiæ sola ebibit. difficile reputatur, *in meridie vita philosophari.* est in vetere proverbio. *Respice ætatem eius duram, & intractabilem.* ait Seneca, *non potest reformari, tenera franguntur.* Prouecta etiam ætate possent eripi non vno casu opes, vel adeo esse renues, ut nequeat Adolescens honestè degere inter commilitones vacaturus honestis artibus, ac litteris.

L. Sen. ep. 25.

Piccolo. grad.
8. c. 17.

Triplicem viam patefecit Piccolomineus. Religio prima est, Militia secunda; Principis ingenua seruitus, seu obsequium est tertia. Qui primam viam religionis capesset, is auitam à maioribus claritatem prouexerit potius quam labe aliqua infecerit. mundi statum negligat, quem mundi fortuna deseruit. *ô felix necessitas, quæ ad meliora compellit,* ait Augustinus. Sed pace Piccolominei, videtur hac in re *sutor ultra crepidas.* longè aliter enim in his philosophandum, quæ ad religionem pertinebunt. Altera via est militia, ac status militaris, ingenuo quoque ut reor dignissimus. Idem amore percitis consuluit Quidius.

August. epist.
ad Arment.

Quid. l. 1. de
Rome. amo.

Vel in sanguinei iuuenilia munera Martis

Suscipe.

Hic ad gloriam latissimus campus aperitur. nam si fortiter, & feliciter se gesserit, Fortuna per gradus ducente manu ad culmen aliquod militiæ ascendet, delatæ præfecturæ ordines ducet maximo familiæ, nominisque ornamento. imò viri militares, prouecta ætate muneribus bellicis parum apri, honorariis stipendiis ab Optimo Principe ad otium euocantur. multi enim tenent hoc sollempne, ut miles veteranus anteaquæ militiæ præmia assequatur, quo cæterorum militum animi reddantur alacriores. ita etiam annui prouentus, oppida, & possessiones in nō vno equestri ordine militari eiusdem ordinis hominibus commendantur,

dantur, qui iam emeritæ militiæ homines iis redditibus honestè vitam sustentant fessam à militia: quoad ramen vixerint: aliis ea emolumenta traduntur non hereditaria concessa. Quod, si in belli periculis, & militiæ discrimine mortem oppetere contingat (cuius memoriam ignavus, & meticulosus perhorrescit) pulchrum sanè est cadere pro patria, pro Principe, pro Republica: ad hoc nati cuncti homines. *Bene mori est libenter mori. citò mori vel serò ad rem non pertinet, sed bene, aut malè mori; bene autem mori est effugere malè vivendi periculum. Non est res magna vinere, servus etiam vivunt, & animalia: magnū est honestè mori, prudenter, fortiter.* Sunt hæc ex L. Seneca excepta, qui plura volent ipsum adeat.

L. Seneca. epist.
62. 70. &
78.

Tertia via superest calcanda catè, cautèque. Principis est servitus. ab ingenuo enim non est alienum ingenuæ magnatum servituti sese re familiari destitutum mancipare; quam qui servit servitutem potest non dubiè opulentiosam sibi polliceri fortunam. Princeps materiam, & segetem præbebit virtutes, si quas habet, enulgandi: Vita Aulica ea est: quæ si lubrica, si fragilis; qui tamen cautè se gesserit vitæ honesta subsidia habebit: aurea sit contentus mediocritate. *Sordent prima cum maiora spectantur.* Non negaverim opus esse periculosa plenum alicui vitam vivere Aulicam: dicuntur *per extensum ire funem*, id est, difficilia præstare, qui in aulis degunt ne tantillum quidem aberrantes: iis enim sunt *leones radendi*, ut est in Adagio, dum magnos, & potentes arte tractant, sed magno periculo. Querimonia est Senecæ.

Curr. l. 8.

Quid me potens fortuna fallaci mihi

Blandita vultu sorte contentum mea

Alie extulisti: granius ut ruerem edita

Receptus arce, totque prospicerem metus?

Sen. in Olla.

Nec falsus vates, & vera animus prælagiit. Valerij quæ electio? magis se probare *Securitate ridens Tugurium, quam tristem curis, & sollicitudinibus aulam.* Parva omnino intervalla temporis omnes homines attollunt, rursusque deiciunt, maxime verò eos, qui in aulis versantur. *Re vera enim, isti,* ait Polybius, *ad similes sunt Abacorum calculis, qui ut secundum voluntatem calculatoris modo obolum æreum, modo talentum valent: ita Aulici ad nutum Principis modo beati, modo miseri fiunt. non graue sit audire minimum non nimide loquentem.*

Valer. Maxi.
l. 7. c. 1.

Polyb.

Laberius.

*Summam ad gradum cum claritatis veneris
Consistes agrè, & quàm descendas decides;
Cecidi ego, cadet qui sequitur.*

Quæ tempora carent exemplis? nulla; summa, media, infima, nostra imprimis.

Sed meo Aulico triplici monito. præibo. Cautela, Patientia, & Modo. Cautè age si quid agis: sine iactantia ad inuidiã vitandam: nihil tibi adscribe; laborant hoc morbo Principes, vt suo nomini adscribatur, quicquid bene actum, prosperè gestum. hac vesania vesanus Philippus magis est indignatus ducibus, ac præfectis qui laudabiliter aliquid gesserint, quàm iis qui infelicer, & ignavis; sua præclara facinora videri malens. ita carpitur à Demosthene. eadem nota Alexander filius notatus, *Antipatrum vicisse agrè passus, & ne tacitus quidem indignatus. sua demptum gloria existimans, quicquid cessisset alienæ.* Ita multis de Principe benemeritis pro præmio carcer, exilium, mors euenit. si præcipue magno quopiam beneficio gratiam deuinxere. dolent, & nolunt beneficij magnitudine obstringi Principes. Nam beneficia vsque eò lata sunt; dum videntur posse exsolui: ubi multum anteuenerit pro gratia odium redditur. Agrippæ consilio acquiesce, qui degis in Aula. Difficultatem rerum tuamolire gloriam Principi relinque. Luna esto, & gloriæ tuæ omne lumen refunde in illum solem. etenim hac est conditio Regum, vt casus tantum aduersos hominibus tribuant, secundos fortuna sua. ait Æmilius. Cautela deinde opus est, ne te criminationibus circumueniant.

Demost. ora.
ad epist. Phil.
lip.
Curt. l. 6.

Tacit. lib. 4.
ann.

Dio. l. 49.

Lip. l. 3. Poli.
cap. 11.

Æmil. Prob.
in Datam.

Sen. in Hipp.
Idè in Agã.

Fraus sublimi regnat in Aula.

Non intrat unquam Regium limen fides.

Iura pudorque,

Et coniugij sacrata fides

Fugiant aulac;

Indidem.

Secreta plerisque exitium interant criminationes: & dum laudantur multi læduntur. vt habeat nimirum Princeps vnde tæmeat. mira fraus non culpare, sed laudare; & laudando euertere non culpando. Aduersus has fraudes muni te honesta vita ab omni labe remota, & suspitione procul:

Plautus.

Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque, & videt.

Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.

Secundò necessaria patientia, & obsequium. obdurescat, & percalcat

caſſeat ferēdo quicquid arduum eſt, & inſuaue. Ariſtippus conſpuſus à Dionyſio cum nihil moueretur, & quidam mirarentur: nempe piſcatores, inquit, ut gobium capiant aquis patiuntur ſe aſpergi: & ego ut balenam, non paſſiar ſputo madidari? abſint tamen quēdam Adulantis lenocinia. ita ſi quid Principis offenderet, ſi quid aſperam, callum obducas. Potentiorum iniuria bilari vultu, non tantum patienter ſunt ferenda: faciens iterum, ſi ſe feciſſe crediderint. eſt ſalubre monitum L. Senecæ.

L. Sen. l. 2. de ira. c. 33.

Modus tertio optimus in re adſit, cum proſpero flante flatu ſpirat fauorabilis Principum gratia. neu ſuper fortunam animum geras; non omnibus omnia cupienda ſunt. multi

Salluſt. in Ingu.

Tolluntur in altum,

Claud. lib. 1. ad Ruſſ.

Ut lapſu grauiore ruant.

Quotus quiſque erit, qui non experiatur hunc finem? Quasi in vno illo ambitioſius oſtendat natura (ut ſic dixerim) humana poſſe ex infimo loco ad ſupremū faſtigium euehi hominem, atque euectum dein ruſum deturbari, quolibet exiguo, atque inſperato fortuna momento.

Herodo. l. 1.

Non tu ſcis cum ex alto puteo ruſum ad ſummum aſcenderis,

Plaut. in mili. glori.

Maximum periculum inde, ab ſummo ne ruſus cadas?

Cum Euripide hoc obſerua, nec te faller euentus. cum videris in ſublime quempiam elatum, ſplendidiſ gloriantem opibus; ac genere, ſuperſcilioque ſupra ſartem ſnam faſtuoſum, illius celerem diminutus expeſta vindictam

Eurip. apud Ioānem Stoba. ſerm. 2.

Et cum in paſſus armenta vagos

Seneca in Agam.

Vilia currunt, placet in-voluitus.

Maxima ceruix: quicquid in altum

Fortuna tulit ruitura leuat.

Modicis rebus longius auum eſt.

Mores nobilium communes cum Diuite. Proprij, boni, ac prauī. In quo hominum ordine mali mores ſint deprauatiores. Vigent in plebeio, apparent in nobili.

CAPVT VIII.

TOIGT apud Plutarchum hæc carpunt vitia Nobilium: ſuperbiam, arrogantiam, inceſtos amores, crudelitatem,

Plutar. l. pro Nob.

X 3 vindi

vindictæ auidos animos, beneficij immemores, leuissimæ contumeliæ acerrimos infectatores, quò refer illud Plauti.

Plautus.

Ita sunt isti nostri dimites,

Si quid benefeceris pluma lenior est gratia,

Si quid malefeceris plumbeas gerunt iras.

Arist. lib. 2.
Rhet. c. 2.

Quoniam verò Nobilitati plerumque diuitiæ sunt annexæ, prius ex Aristotele explicemus mores nobilium cum diuite communes. Omnibus opulentis est peculiare esse contumeliosos, superbos, delicatos, arrogantes. superbia ex rerum copia prouenit. diuitiæ enim sunt pretium quoddam, quo omnia vaneunt, hinc vernalia sibi omnia promittunt. Delicati sunt deinde tum propter ostentationem, cum propter delicias. Arrogantes demum, & contumeliosi apparent, vel quia multi ipsorum opem indigent: Vnde illud Simonidis ad Hieronis uxorem; præstare esse diuitem quàm sapientem, eò quod, inquit, passim videam sapientes in domibus diuitum commorantes. vel quia arrogantia iis innascitur ex opinione excellentiæ, quam de se illi concipiunt. dignos enim imperio se putant, cum ea possideant, quæ qui habent potentes imperij vulgò existimantur. *Inter tot obsequia Fortuna non sat iuta est mortalitas;* ait Curtius. multa enim deprauant natura ipsa, educatio, adulatio.

Curt. lib. 6.

Illud est animaduersione dignum; diuitem, qui iam dudum, vel à maioribus diuitias acceperit longè differre à nouitio diuite. hic enim longè deterior est, & vitiis grauioribus cumulatur. Hoc vidit Aristoteles, & causam eam reddidit, quod recentem esse diuitem quædam ignorantia diuitiarum est, quæ cogit insipientis fortunati mores exprimere.

Haftenus mores cum Diuite communes. in Nobiles ipsos ambitio potissimum, siue mauis æmulatio dominatur. ea enim illos excitat ad bonum, quod non habent assequendum, vel quod possident augendum. Vnde sunt honorum appetentiores. Est enim omnibus innatum vt quod bonum quisque tenet, illud studeat accumulare. at non minimus ex Nobilitate oritur honos. multa nobiles præterea iure suo sibi vendicant honorifica, omnia præsertim, quæ sunt maiores ornamenta assecuti, eaque ipsi turpi vita non foedarint. Superbia secunda, seu contemptus aliorum nobiles animos inuadit. *Commune Nobilitatis malum superbia.* ait Sallustius. *Patricia Principum Nobilissimæ sepe numero*

Sallust. in
Iugur.

micro

mero in superbiam vertit despectis omnibus velut inferioribus. Macri-
nus apud Herodianum. eo nomine laudatur vir nobilis à Sido-
nio Apollinari, quod esset *sine superbia nobilis*, quasi difficilia
præstaret: superbiam scilicet à Nobilitate seiunxisse.

Herodi.

Sidon. lib. 8.
epist.

A. istor.

Nec solum ad ignobilium contemptum Nobiles sunt pro-
ni, despiciunt etiam quos aliqua claritas illustrat, si maiorum
suorum, à quibus ipsis obuenerit nobilitas, solum similes sint,
vel æquales. etenim honore, & gloria magis censent esse digna
illa auorum remota, quàm hæc aliorum propinqua. Adde quod
maiorum similes sæpe non illustantur perfecta nobilitate, in
istis prouecta est nobilitas, quam maiores inchoarunt; ideo in
his perfecta, in illis imperfecta cernitur nobilitas, quam pro-
pterea derident. Adhæc licentia, fastus, luxus, & minutæ aliæ
labes nobilitatem paululum obscurant. Sunt enim nobiles di-
caces, factiosi, voluptatibus dediti. Vnde procaces nonnulli, &
petulantes.

Boni mores Nobilium ij sunt, ut quisque est potentior, eò est
magnificentior. sunt excelso animo elati. celsitudo animi ex di-
gnitate prouenit, qua vir nobilis est conspicuus. A turpi quæstu
abhorrent. Fortes sunt, magnanimi, liberales, misericordes, præ-
sertim erga immerentes, & calamitatibus oppressos. iræ, contra
id quod aiunt Stoici, modum faciunt, si de quopiam vindictam
ex animaduersione sumant. Vnde Poëta Sulmonensis.

Quò quisque est maior, magis est placabilis ira,

Et faciles motus mens gemituosa capit.

Corpora magnanimo satis est prostrasse Laoni,

Pugna sum finem, cum iacet hostis, habet:

At lupus, & turpes instant morientibus Vrsi,

Et quæcumque minor nobilitate fera est.

Ouid. li. 3. de.
Trist.

Sunt etiam Nobiles disciplinis accommodatiores. ad id con-
fert optima indoles & corporis temperatura. molles enim, ac
delicati cibi procreant spiritus ad contemplationem aptos, quia
ex sanguine defæcato.

Deinde ob ciuiles congressus, & urbanas conuersationes
sunt prudentiores. prudentiæ vi abstinentiores, & temperatio-
res euadunt, nisi turpitudini se dedant. Ad has virtutes faciles;
& propensi nobiles sua natura effinguntur. Vnde Nobilitatem
maximè dedecet luxuria, & libido; quam in plebejs leges
Cæsa

Albert. Ros.
in 1. p. stat. q.
144. col. ult.
en il donat.
quas D. col.
2. C. de dona.
inter virum
& uxorem.
Holdrad. cōf.
95. per tex. l.
si uxorem. §.
Planē. ff. de
adult.
Homer. lib. 9.
Iliad.

Cæsareæ non vsque adeo damnauere. adeoque graues, & magni viri inter legum interpretes Nuptiarum sacrilegia committunt à Nobili viro censent ignominiosissimum. Demum Nobilis, & in prospera fortuna positus in eo videtur excellere Aristoteli (à quo hæc sumpsimus è libris Rhetoricorum) quod pij sint, & erga Deum bene affecti, eique confidentes propter beneficia assecuta. Præterea Homerus virtutis omnis Pater obseruauit viros nobiles impensius quàm cæteros suas diligere vxores. Nam solis hominum Atridis affectus, amorque vxorum est. Attridas doctissimi quique viros Nobiles interpretantur.

Verùm non iniucunda erit dubitatio, in quo hominum ordine mali mores sint deprauatiores: in Plebeio, an in Nobili? in Paupere an in Diuite? etenim Nobiles ac Potentiores hoc nomine malè audiunt: opum scilicet, & nobilitatis subsidio fretos vitiis omnibus depruari. contra proteri pauperem, conculcari imbecillem. ex Nonio apud Varronem illa superius retulimus.

Varr. apud
Non. Adag.
col. 2021.

*Qui pote plus vrget pisces, ut sape minatos
Magnu' comest, ut aues enecat Accipiter.*

Hæc querela in nobiles euentilatur, quibus omnia, vel potentia sunt facilia, vel pecunia venalia. Latent tennes, & pauperes ludibrio, & despectui habentur. sunt enim alienæ opis indigentes. satis illorum cupiditati est factum si vitæ traducendæ parca inuenerint subsidia, non superflua libidinum irritamenta.

Sed bona vulgi venia recedam à cōmuni multitudinis sensu, sapientiori sententiæ adhæsurus. Constanter enim teneo vitia, & malos mores magis in paupere, & ignobili, quàm in nobili, & diuite vigerē. Huius assertionis ea sunt indicia manifesta. Diuites & optimates, & in Republica eminentes sunt animo excelsi, modesti, leni, graui: honores enim appetunt. ea verò omnia ad honores capeffendos viam aperiunt. Pauperes iniquiore sunt animo, ait Aristoteles, pecuniis digladiantur, omnia ad vtile, nihil referunt ad honestum. impunè audent quicquid improbè audent; utpote quos de facie populi conditio non faciat conspicuos. non eos notant publici morum Censores, & Aristarchi. At diuitem, & optimatem, in quem omnes intuentur, vel leuis macula conspurcat. non enim in obscuro sunt positi, neque in tenebris eorum dicta, vel facta delitescunt. Bene de

Arist. l. 1.
Rhet.

de illis Sallustius in Iugurtha. *Maiorum gloria posteris quasi lumen est: neque bona eorum, neque mala in occulto patitur.* Si quæ verò videntur vitia in nobilibus, non ea (præter alia, quæ habent deteriora) longè absunt à paupere, & obscuro homine. solum sunt sopita, excitarentur oblata facultate quicquid latet in animo depromendi. Audiendus est Seneca Philosophus qui pluribus causis quam attigi prosequitur. *Idem faciet cum idem poterit, multorum quia imbecillia sunt latent vitia, non minus ausura cum illis vires sua placuerint, quam illa qua iam felicitas aperuit.* Instrumenta illis explicanda nequitia desunt. Sic tuò serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria pessimis audeat fortuna favore deficiat. Eadem velle eos cognosces, da posse quantum volunt. Hactenus ille, quæ fortasse à Patre Seneca didicerat, qui antea illud celebre pronunciarat. *Nihil est insolentius novitio diuise.* A quo etiam illud est. *Intolerabilis in malo ingenio felicitas est.* Claudianus in Eutropium.

Sallust. in Iugur.
L. Senec. epist. 42.

L. Senec. epist. 42.

M. Sen. lib. 2. contr. 1.

Idem lib. 1. suas. 7.

Claud. in Eutrop. lib. 1.

Asperius nihil est humili cum surgit in altum;

In quam sententiam multo plura habet idem Poëta. Animus enim malis artibus imbutus recentem nactus occasionem à studio prauarum rerum non potest deterri. quæ vitia tenuis conditio cōprimebat facta potestate iam erumpunt. Ab Aristotele hæc emanarunt, qui, ut innui, maximum posuit in libris Rhetoricorum discrimen inter diuites novitios, & peruerustos, illos enim hac de causa longè fecit deteriores, ac vitiis grauioribus cumulauit. Non me illa sinunt fallere Romanæ aulæ immania portenta. nam à seruitute in libertatem homines vindicati, eque tenebris in lucem prodeuntes, quam adepti erant potestatem, ea ad pessima facinora, quæ animo decoquebāt, abutebantur. Noti sunt Seiani, Thraseæ, Pallantes, Narcissi, & alij, ut ait Horatius, *liberrima indignationis.* Aristotelis etiam illud circumferrur. *Magistratus virum ostendit.* nimirum homo qui sit bonus, moratus bene, vel malè institutus. multi in priuata fortuna egregij reputati ad honores euecti spem conceptam sunt frustrati. De Galba Tacitus. *Maior, ait, priuato visus dum priuatus fuit, & omnium consensu capax Imperij si non imperauisset.* ita etiam qui humilem exutus, conditionem clariorem induit, sui specimen præbere solet. In vituperium Fabij Valentis idem Tacitus. *Is, inquit,*

Horat. lib. 4. carm. Arist.

Tacit. lib. 1. Hist.

Tacit. li. 17.

Y

quit,

Plutar. l. pro
Nobi.

quit, *diu sordidus repente dives mutationem fortuna malè tegebat.* Etenim *Quicquid leue, & inane est secunda aura se extollit*, alibi ait Seneca. Vigent ergo in vtroque hominum ordine sua vitia: deprauatiora sunt in Paupere, & Plebeio, licet magis ea appareant in Diuite, & Nobili. hinc est quod isti magis sugillantur. Audi quid vel Stoico dicat Plutarchus. *Si nauum in facie inspicie diuitis, quo loco magis pateat, ita planè, nec ab re fuit vitia nobilium magis in-cessi, magisque patere.* minus enim peccant si fieret comparatio, licet illorum vitia sint magis conspicua. Hoc Nobili sit documento. viuat integerrimè, quia omnium oculis tanquam exemplar est expositum. Quam rem præclaro Sallustij monito libet consignare. *Qui magno imperio præditi in excelso atatem agunt, eorum facta cuncti mortales nonere. ita maxima fortuna minima licentia est.*

Nobili viro virtutes data. Fides præcipua, ad hanc constantia. Liberalitas secunda, ad hanc beneficentia. utraque in quo differant. Auarusne an Prodigus à liberalitate magis distent ex occasione quesitum. Præterea de modestia, & comitate.

CAPVT IX.

Arist. libr. 1.
Rhet. c. 15.

HOMO quod animal ciuile, & sociabile definiunt, ni dictis steterit, ac promissis, dissoluert hanc societatem, quæ fide in vnum coit, & ligatur. *Infirmatis, violatisque pactis tollitur inter homines commerciorum vsus:* ait in Rhetoricis Aristoteles. Fides si cunctis ordinibus, nobili præsertim est necessaria; ille enim huius societatis, & communionis habenas regit, vel vrbane, ciuiliternque inter pares, & infimos se gerendo, vel sanctè, iustèque iusticiam administrando. Vnde *Nobilium nuda promissa pro factis habenda* vice prouerbij iactatur. quicquid enim illi promiserint perinde solet esse certum, ac si iam factum esset. Promissa Deorum pro factis esse scribit Virgilij interpres. Nobiles verò olim ad Deos suum genus referebant. Est verò fides, ut rem propius attingamus, dictorum, conuentorumque constantia,

Serv. lib. 12.
Æneid.

tia, & veritas, ex Cicerone in officiis. ex quo fit vt sit *Iustitia fundamentum*. Non eò Iustitia successerit vnde fides exularit: neque ad Iustitiam peruenerit, qui fidem sociam non asciuerit. *Hac sanctissimum humani pectoris bonum est*, inquit Seneca, quod nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur premio. Vre, inquit, occide, non prodam, sed quo magis secreta quaret dolor, hoc illa condet altius. Hæc integritas, & constantia decet in promissis nobilem virum.

*Hac nullo docuit liuescere fuso,
Numquam falsa loqui, numquam promissa morari,
Inuisos odisse palam: non virus in alto
Condere: non latam speciem prætendere fraudi.
Sed certum, mentique parem componere vultum.
Hac & amicitias longo post tempore firmat,
Mansuroque adamante ligat, nec mobile mutat
Ingenium.*

Claud. lib. 2.
de laud.
Styli.

Hinc laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur, ait Seneca. magna pars Iustitiæ à Lactantio iudicatur.

L. Senec. 4. de
benef.
Lactan. li. 1.
diu. instii.

Planissimè patet perfidiosum, & nefarium esse fidem frangere, quæ continet vitam. Quid turpius voce Dionysij se putare vt pueros talis, ita viros iureiurando fallendos? sequantur hoc præceptum vehementer perfidi, quibus, ait parœmia, nec ara, neque fides. Quanto satiùs Scythæ? Quos iurando gratias sancire ne credideris, colendo fidem iurant. Legati ad Alexandrum: & quæ subdunt. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, & Deos inuocant, nos religionem in ipsa fide nouimus.

Adag. col.
351.
Curt. l. 7.

De mendacia quàm turpe, & fœdum sit plura possent coaceruari, quæ de plebe hominem, nedum virum ingenuum ab eius fœditate deterrerent. vnum eius turpitudinis indicium, sed validissimum adducam: multos esse, qui multarum contumeliarum iniuriis non successeant. verùm si iisdem mentiri obiiciatur, contumeliam censeant cade, & ferra vlciscendam.

L. Ioannem
Maria. de
Reg. instit. lib.
2. c. 10.

Liberalitas secundum in nobili viro locum obtinet: quæ quia libero homine digna liberalitatis nomen fecere. qui verò ea vterentur, liberales nuncupantur. Liberalitas pro materie (remotam loquor, nam proximam esse moderatum amorem pecuniæ docent Ethici) habet pecuniam, in qua eroganda sponte, & gratuito dandi benignitas apparet. Pecuniæ autem voce,

Y 2 vt

*Aristo. lib. 4.
Ethic. c. 1.
L. Pecunia.
ff. de re. sign.
Bald. in l. re-
cept.*

ut placet Aristoreli, & Romanis Iuriconsultis, cuncta veniunt, quæ numo censentur, id est, pretio, & pecunia æstimantur. non enim ad aurum, argentumve, ac metalla viliora coarctatur.

*Tacit. lib. 1.
Ann.*

Nulla planior est via ad bene merendum de humana societate, quàm dando, & subleuando alienis commodis seruire. multi amplissimis beneficiis sanè illustra claritatis, & imperij fundamenta iecere complures ciues obligando. De Augusto Tacitus. *Militem donis, populum annona, cunctos dulcedine atq; pellexit.* Non dubium quin omnes sibi deuinxerit vir nobilis ope pecuniæ, cui quisque de populo maximè inhiat; at maximè infimorum opera ille est indigens ad satellitium, & obsequium. Huc refer more Christianorum quamplurima pietatis opera præstare, nexos ære alieno soluere, paruulos nutrire, pupillos, viduas tueri, virgines inopes connubio locare, quacumque necessitate oppressos, & incommodo circumuentos religiosè iuare.

In huius virtutis societatem hospitalitas se insinuat. quid enim illustrius quàm domos nobilium hospitibus patere? non modo id ipsis honorificum, sed maximum est Reipublicæ ornamentum. hæc via multi apud externos populos auctoritatem, & gloriam sibi comparauere. Hoc potissimum liberalitatis studio Cæsena vrbs Flaminiz cœpit superiori sæculo esse illustris. ubi cum nullum publicum extaret diuersorium, Urbis ciues primarij quem primum hospitem offendebant, apud se volebāt diuersaretur, ita studiis certabant, ut alij etiam à rixis ad conflictum deuenirent. Hanc humanitatis, & hospitalitatis laudem ne quis alteri præcipere excogitarunt, ut in fori vmbilico columna locaretur, e qua tot anuli ferrei circumfixi dependerent quot in ea ciuitate familias recenserent: eo consilio nimirum, ut ad cuius familiæ anulum alligasset hospes equum (omnes enim notis distincti erant) in illam familiam, aut domū diuerteret. ita refert Ioannes D. Hollander vir Belgicus de more Italico.

*Holland. diff.
de Nob. pag.
31.*

At verò liberalis, ut pauca hæc præcipiam, cum delectu agat. Seligat & inspiciat cui, & quantum dandum. quod consequitur cum suam, & illius, cui dat considerat personam. quæ illi sint scilicet in pretio, quæ necessaria, quibus delectetur. Perspiciatur etiam delectus in eo quod datur, ut quæ dantur dante, & accipiente

pięte digna sint. neque enim litterarum studio gratum munus erit ensis licet affabrę politus: nec strenuo militi placuerint libri, licet in re litteraria exquisiti. *Quid caco-cum speculo est?* Ex Epicharmo abiit in prouerbium. Modus etiam in dando adhibendus, qui ex conditione dantis etiam, & accipientis solet perſpici cum iudicio.

*Qui homo maturę quęſuit pecuniam,
Niſi eam maturę parcit, maturę eſurit.*

Plau.

Sexcenta talenta ſatis olim Xenocrati pro dote filię: parum tamen, & vix ex dignitate Alexandro fuere. Pręcipit Comicus.

Pro re nitorem, & gloriam pro copia.

Idę in Aul.

Non placet ea verecundia (extat integer de eo argumento libellus Plutarchi) qua cum detrimento rei domesticę impudentium poſtulatis non obſecundare deterremur. de iſtis idem Comicus prudenter.

Plutar. li. de vitio. vere.

*Dum alios ſeruat ſe impediuit iterum,
Rem bene partam comitate perdidit.*

Idem in Rudente.

Adhęc tempus obſeruandum. multa beneficia, quę vir egenus palam oderit occulta fiunt gratiora. erubeſcunt multi ſi publi-cę illorum paupertati conſulatur. Ingruente etiam tempore, vel occasione minima alioqui, maxima cenſentur beneficia. Alia pręcepta proſequitur fuſiori tractatu Iouinianus Pontanus. omnium luculentiffimus de beneficiis L. Seneca. Sed cum liberalitas ſuum habeat defectum, & exceſſum, vt ex dictis conſtat; nimium & parum, atque in moderata mediocritate, vt etiam aliarum virtutes conſiſtat; videtur eſſe huius loci indagatio quid magis vituperandum in liberalitate defectus, an exceſſus? Prodigus nimium an auarus à liberali magis diſtet? eadem quę de fortitudine erit diſquiſitio.

Liberalitatis limites tranſilimus vel profuſa re, pecuniaque, & hęc profuſio: vel nimis arctę, tenaciterque eadem ſuppreſſa, & hęc auaritia indigetatur. vna ob defectum, altera ob exceſſum à liberalitate recedit. dubium eſt quę longius diſtet. Profuſionem deteſtabiliorem eſſe perſuadent nonnulli, propterea quod diu, & cum labore conquiſita, vna hora facilę diſperdat.

*Haud facilę cumulus coaceruatur etiam longo tempore,
Vno verò die facilę diſſipatur.*

Eurip. apud. Stoba. ſermon. 13.

Sed rei domesticę iactura ſupra quàm cuiquam ſit credibile, of-

Y 3 ficit

ficit generis splendori. is enim cui in dies fiunt omnia arctiora, vel artes sordidas addiscit; vel turpiori quæstui animum addicit. Nota fabula Aëæonis, ut supra innui, canum dentibus dilacerati in patrimonium dilapidantes retorquetur. Aëæones ipsi sunt dum non modo venaticis canibus, sed amicis etiam, & arrosoribus domestico cibatu victitantibus discerpuntur. *Mulsi illum comitantur?* (ait auctor libri de Remediis fortuitorum,) *mel musca sequuntur. cadauera Lupi. Frumenta Formica. Pradam sequitur ista urba, non hominem.*

Arist. 4. Etb.

Contrariam sententiam, quam suavit Aristoteles, rectius alij propugnant. quæ duabus est suffulta rationibus. Prima est quod Prodigus si non sibi, certe aliis est emolumento, quod non assequitur Auarus. Deinde facilius ad sanitatem redit Prodigus; Insanabilis est Auari morbus. Quod spectat ad primam, utilis quodammodo rei pecuniariæ profusio, unde liberalitatis quandam refert speciem. multa enim redundant aliis commoda, ac promanant emolumenta dum largè, & copiosè pecunias Prodigij profundunt. Hinc nota est deceptio vulgi, quos enim sapiens appellat Prodigos, plebs stulta dicit liberales. siquidem adumbratam præferunt liberalitatem. Quemadmodum etiam qui non necessaria subit pericula, multò magis honesta videtur subiturus. ita qui pecunias sine delectu elargitur, facile is creditur postulante occasione honestè indigenti subuenturus.

At è contrario cui prodest homo Auarus sui tenax, alieni rapax? etenim licet rectè illud dicatur,

Publius.

Auarus nisi cum moritur nil rectè facit.

Plutar. li. de Auar.

Attamen dum vivit, & sibi, & aliis est inutilis dum vel quotidiano victu se defraudat. Plutarchus hoc vidit, & notavit. *Auarus, inquit, est tanquam Balneatoris Asinus, qui cum ligna, sarmenta que deportet, tamen semper fumo, ac fauillis oppletus est, nec unquam fit particeps neque balnei, neque teporis, neque munditie.* Festiviùs de Auaro Comicus illa ait.

Plin.

Cui immunifico scis quid cantari solet?

Quod habes non habeas: & illud, quod nunc non habes, habeas malè. Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.

Quod attinet ad secundam rationem pauca subnectam. Facilius affirmamus posse ad moderatam liberalitatis mediocritatem Prodigum redire, quàm Auarum. Huius rei illud extat argumentum

gumentum, quod sæpe post aliquantis per pecunias profusas sumptibus fit modus. imò sæpissimè

Conuersis studijs ætas mutata virilis

Quærit opes, & amicitias, inseruit honori.

Commisisse cauet, quod mox mutare labores.

*Hora. in art.
Poët.*

Itaque prouectior ætas suo damno commonefacta ad frugem redit. abstinet enim à largitionibus profusis, ut errores Adolescentiæ resarciat. At Auari, ut dixi, insanabilis est morbus, cui nullum præscribitur antidotum. non progressu temporis vires deperdit, senectâ ætate non decrescit. Quinimò senectus, & imbecillitas huic vitio valde est obnoxia. Neque apud Comicos præter senilem alia ætas aptior effingitur.

Sed, ut dixi, plenæ sunt Comicæ actiones senum avarorum. quorum acriores, & tenaciores sunt cupiditates, ad quod ab imbecilla ætate arctari solent; nam destituta calore insito, & natiuo facta frigidior appetit quàm maximè, & retinet iam parta. Hinc eadē dote mulieres à natura donatas edocui superius, nimirum ut acriores, & retentiores fierent rebus domesticis curandis. Hanc habendi cupiditatem, ut redeam ad rem, nunquam explet Avari animus. *Auari animus nullo lucro expleri potest.* Dictum est Senecæ. Topica est alia Pontani ratio. Auaritiam scilicet, cum de nimio auendi affectu dicta sit, satis quidem præferre quāto habendi, ac possidendi ardore flagret. si auctiorem desideras audi eundem Senecam. *Neceſſe est, ut in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem motum transiit. ille enim habet suum finem, inania, & libidine orta sunt sine termino. Quamobrem si minima, quod dici solet, de malis essent eligenda, potior Prodigii, quā Avari conditio est habenda.* Cæterum viro Nobili utrumque vitium diligenter est cauendum. A profusione pecuniarum Menander nos retardat, cuius hæc extat cautio.

Si navigatio foris quatrivul inflatur,

Prospicimus quæ necessaria sunt in dies.

At si quid parcendum in senectate sit,

Cur non viaticum parsimonia reponamus?

*Apud Ioan-
nem Stoba.
serm. 23.*

Ab avaritia nos reuocat natura, quæ diuitiis non esse inhiandū tacitè monet, dum aurum, & metalla, quæ putamus pretiosa, intra terræ viscera concludit. quemadmodum puero ciulanti cultrum, & similia nocendi instrumenta mater denegat, aliusque

L. Sen. ep. 95. que abscondit. *Natura*, ait L. Seneca, *nihil quidem quod auaritiam nostram irritaret posuit in aperto. pedibus aurum, & argentum subiecit, calcandumque, ac premendum dedit, quicquid est propter quod calcamur, ac premimur.*

Liberalitati est pedisse qua beneficentia, quæ non solum re, & pecunia, verum etiam opera, quos potest, adiuuat. vtraque commune illud habet, aliis benefacere. Vnde nobilis, & pauper si defectu pecuniæ non possit liberalitatem exercere, restat beneficentia contermina, & finitima liberalitati. Sed hic etiam reperiuntur sua extrema: neque enim cuilibet opera præstanda, perditio scilicet, ac flagitioso. turpe fuit Catilinæ patrociniū præstare. qua via improbos subleuando nescio an cum laude Cæsar ad potentiam peruenierit. Quis etiam non vituperet genus illud fucatæ, siue liberalitatis, siue beneficentiæ velis appellare, quo olim vsi sunt L. Sylla, Marius, Lepidus, Antonius, qui à iustis rerum dominis res & pecunias ad alios malæ fidei possessores transtulere? Quid hoc nouum largitatis genus prouincias expilare, vt pecunias in perditissimos profundas? *Sui profusus alieni appetens*, de Catilina ait suus Historicus. Si quæ igitur honestè quæseris iis benemeritos concilies. secus ex Ennio,

Sallust. in
Catili.

Benefacta malè locata, malefacta arbitror.

Demum non fœnoris gratia, & spe vberioris messis impertias beneficia: gratuita sit liberalitas, non mercenaria. Turpe est illud Epicharmi quod refert Socrates apud Platonem in Axiocho. *Manus manum fricas, da aliquid, & aliquid cape.* Subtiliter, & acutè auctor ad quem supra te remisi hæc, & alia id generis pertractat. De magnificentia, magnanimitate, & aliis reticemus, in infinitum excreceret oratio. sunt omnibus hæc peruia apud non vnum, & alterum auctorem.

Plato in
Axiocho.

De modestia, & comitate multa essent addenda. *Quo obsecra nobilitas ipsa nisi morum benignitas adsit, & humanitas?* ait Macrinus apud Herodianum. Mirum est quantum amoris, & auctoritatis sibi nobiles concilient, blandè, comiterque omnes alloquendo. frons hilari, læti oculi, vultus totius oris sibi constans, & amabilis, forma digna Imperio censetur. Libet ridere quorundam fastum, & in omni genere insolentiam, quorum sunt graues obtutus, breues oculorum circūductus: ad salutationes tardi, ad occupanda loca honoratiora diligentes. In multos re-

Herodi. l. 5.

feras

feras quod Iuuenalis de quopiam carpit, qui nimis molliter in curru vehebatur.

Et multum referens de Mecenate supino.

Sapienter etiam meo iudicio Plutarchus de Principe huius notæ illa scribit. *Reges, & Principes, qui mentem non habent, imitantur imperitos statuarios, qui existimant colossos suos magnos, & venustos futuros, si tibijs quàm maximè diducti, & inflatos, & hiantes fecerint. sic isti grauitate vocis, & toruitate aspectus, & morum asperitate, & infociabili quadam vitæ dignitate, & Majestatem imperantiam exprimere se censent. Hactenus ille in commentario ad Principem indoctum. Sed tamen virum nobilem tâta comitate summissum, præsertim aliis præfectum non exoptamus, quando nimia facilitas Majestati, & reuerentie pro subditorum ingenio officeret. Petiælis exemplum refert idem Plutarchus, qui in vitâ privata maxime comis, in publicâ præfectura ab omni amicorum cœtu se subduxit. Comitas enim, ait, facile fastum omnem atterit, & in familiarî consuetudinè agrè custoditur illud opinionis de te augmentum. Pro statu, ingenioque hominum, & pro suscepta viuendi ratione sunt hæc omnia seruanda.*

Plutarc. in comm. ad Princ. indoct.

I. Lips. in mo. ni. Poli. c. 16.

Plutar in eum vita

Minores alia virtutes otij, & negotij. Decent otium littera, musica, honesti ludi. Negotium ars equestris, & gymnastica. Splendor vix nobilis in domesticis ornamentis, cultu corporis, & hortis. mediocritas commendata. Alia elegantia urbana obiter exposita.

CAPVT X.

UPER SUNT minores alia virtutes otij & negotij, quæ vitam nobilem mirificè exornent. Otio labores anteposite, aciebat Plato, *in rubiginem splendori præstare potatis.* nulla sanè pestis capitalior, quàm otium. Poëta Sulmonensis,

Otia si tollas perire Cupidinis arcus.

Et Seneca.

Polacrem esse amorem fingit immittem Deum

Ouid.

Sen. in Off.

Z

Mor

*Mortalis error, armat & telis manus,
 Arcusque sacros instruit saeva face:
 Genitumque credit Venere, Vulcano satum.
 Vis magna mentis, blandus, atque animi calor
 Amor est, iuuenta gignitur, luxu, otio
 Nutritur inter lata fortuna bona.
 Quem si fouere, atque alere desistas cadit;
 Breuique vires perdit extinctus suas.*

Etenim si nulla distinetur occupatione noster animus eneruatus languet, & cuilibet succumbit turpi petitioni, inhonestæque. proinde si nulla in re adsit ille occupatus elaborandum est, ut honesta quapiam exercitatione dies frangamus. Hic tamen nonnullos fœdè lapsos intuemur. nam eo nomine parum honestas artes arripiunt, & turpi occupatione implicantur. Boni quidpiam facientes operari dicebat Socrates; aleatores autem, qui aliud noxium agentes, otiosos nominabat.

Quare decent otium viri nobilis litteræ, musica, & honesti ludi. De fructu doctrinarum pauca libauimus cum de instituenda adolescentia ageremus. hic iterum est inculcanda lectio historiarum, quæ docent etiam, nedum delectant. in Historia tanquam in speculo possumus ornare, & comparare vitam nostram ad virtutes alienas. Adhæc necessaria est omnino moralium virtutum, & rerum politicarum scientia. cum enim publica res sæpe nobili demandetur, maximè in Politicis debet esse versatus: ac ne in cognitione sola sistant hæc doctrinarum documenta, morales virtutes debent accedere, quæ in bonum vsum deducant, atque praxim, quod è re, vel publica, vel domestica fore censuerint. *Non in virtute satius est, si eam cognouerimus, sed ut eam habeamus, atque utamur est enitendum.* Fuit monitum Aristotelis. Homines *ignaua opera* appellat Pacuuius vetus, & bonus Poëta, quibus sit *hæc infructuosa sapientia*. Deinde in viro nobili moderatum hoc studium optarem, (pauci errant, hunc errorem) ne in litteras adeò se ingurgitet, ut posthabita aliarum rerum cura, in his immersus deitiescat. meminerint omnes il-

Plut. in Timol.

Arist. lib. 10. Eth. cap. ult.

Apud Laert. in eius vita.

L. Seneca.

lud Aristippi ad quendam ob multiscentiam se iactantem. *Ut non ij qui plurimum comedunt & exercentur, melius valent ijs, qui modico. ita non qui plurima, sed qui utilissima legerint, docti censendi & studiosi.* & Seneca. *Plus scire velle, quam satis est, intemperantia genus*

mus est. Moderatum ergo hoc litterarum studium arripient, præsertim publicis negotiis districti. Hoc nomine malè audiuit Iulianus defector. supra modum etiam doctrinā affectauit Adrianus. Peccauit idem Michaël Byzantij Imperator Dux filius, qui adeò litteris se dedit, vt Imperio penes alios relicto turpiter deliquerit. Ex nostris Ludouicus X I. Rex Galliaë vituperatur, qui Carolum filium omnium bonarum artium rudem esse voluit. vnde cum populi indignatione, & damno penes quosdā homūculos res Imperij, & summa stetit. Alphonsus X. Regem Castellæ plus admirationis, quā gloriæ ex litteris sibi peperisse sunt qui scribant. Admirationem illa faciunt, quod in castris educatus à prima ætate arma tractans tantos effecit in Philosophia, Historia, & Astronomicis processus. verū tantis litterarum præfidiis suffultus, non oblatum ab exteris Germaniæ Imperium tuetur, imò paternum Regnum cum ignominia deperdit. Sapientis cognomen litteræ pepererunt, sed retento sapientiæ inani nomine vix potuit sibi sapere, & domesticis consulere. accusant alij iniuriam amicorum, temporum iniquitatem, ingenij socordiam. Verū ea calamitate dignus, quod diuinæ prouidentia opera, & humani corporis fabricam insigni linguæ procacitate, ingenii que confidentia sit ausus accusare: sic vocis stoliditas est iustissimo numine vindicata.

Ammian. li. 17.

Zonar. tom. 3. ann.

L. Maria. de re. Hiss. lib. 14. c. 5.

Idem lib. 13. cap. 9.

Musica deinde, ne homo otio marcescat, laudatur: cuius etiam honestum, & moderatum studium, quod non abeat in molliem, commendamus. ~~Fuit enim~~ vox Ciceronis: lasciuum animum vel lasciuioribus delectari modis, ~~vel eisdem~~ audientem citò molliri, & frangi. Sed, vt rem aliū repetam, Musicæ hic amor non modò homines, verū aues omnes, & feras animantes peruatit. Ceruum capi, & detineri musicis modis planum est. immanes Elephantes Musicæ magisterio deposita feritate mansuescere est etiam vulgatum. Sed peculiariū homo Musica delectatur. quid non efficit à primis annis, ipsaque infantia? ~~Musica~~ *lac alterum* puerilium annorum, dixit Philo. Pueris enim nutritius ille cantus non modò lacrymas abstergit; sed somnum etiam conciliat. Quæsitum multis fuit cur quando primū infantes modulos audire cœperint vagitu primū cessent, sensim deinde obdormiscant? & sanè Platonica illa fuere, quæ habet Aphrodisiensis; Musicam à natura inditam animis esse,

Cicer. l. 5. de Orat.

Alex. libr. 1. Probl. 121.

*Arist. sec. 19.
probl. 38.*

esse, ut cæteras secundum Platonicos artes, & scientias, neque eas per doctrinam, sed, ut volebat Plato, per reminiscentiam acquiri. Proinde quoties animus concentum sentit comptiorem quasi reminiscens, ac repetens, Infantem cogere, ut quiescat, permulcendo, & sopire ab exterioribus auocando. Discretius Aristoteles docuit numeris suauidicis, omnique concinendi genere animum cõsueſſe oblectari, quod ratum, ordinatumque omne secundum naturam sit. cuius rei est indicium, quod cum ordinatè laboramus, bibimus, comedimus, naturam, virèſque nostras & seruamus, & augemus: contrarium euenit si inordinatè agimus. quia igitur concentus ille certis legibus à natura rei petitis est compositus, & ordinata quædam mixtio est, siue temperatio contrariorum inter se, proportionemque custodientium, ideo visus est Aristoteli aures recreare. id etiam obseruant Philosophi in aliis sensuum obiectis euenire, ut non nisi ij colores in pictura oblectent, aut in cibis ij saporès, qui certo quodam modo attemperentur. Hoc argumento Plato contendebat, solum hominem perfectiori modo musica delectari. *At cætera, inquit, animalia ordinem, ordinisq; defectum, qui sanè ordo in motibus inspicitur, & Rhythmus, harmoniaque vocatur, nequaquam aduertere.* Hac etiam de causa ad sedandas animi perturbationes plurimum musica conducit, cum tristes sumus, aliæ commotione animi perturbamur. Hinc Pythagoras suos illos adolescentes, quos collatis in vnum pecuniis communi contubernio educabat, musica cantuunculis moderabatur. nam vesperti priusquam irent cubitum, suauidicum lyre sonum adhibebat, ut turbidi, diurnique motus à sensibus excitati conquiescerent, iuuenesque castius obdormiscerent. itidem manè primo experrectos diuersis modulis somni stuporem, & inanium somniorum imagines abigebat. Musica ergo si temperans componit mores, sedat affectus, à turpi otio auocat. De qua plura possent, & præclara dici, nisi viderer sutor ultra crepidas.

*Plat. dial. 2.
de leg.*

Postremò ad otia tollenda conducit honestus ludus. is verò non modo omni cura vacuis suadet, verum etiam ipsis doctrinarum cultoribus aliquando nō improbatur. si quidem noster animus nunquam cessuris studiis, ac vigiliis nequaquam est distrahendus: impensè quidem, grauiterque, &, ut aiunt, velis quadrigis bonarum artium disciplinis est opera danda, ea tamen

men lege, ut certis, statisque temporum spatiis remittatur lusu
 quopiam defatigatus animus, ne laboris victus vi, & magnitu-
 dine succumbat. *Reminisci oportet, ait Plutarchus, omnem vitam in* Plutar. de lib. educ.
remissionem, ac studium esse diuisam. Quocirca non vigiliam modo, sed
etiam somnum esse repertum: non bellum solum, sed etiam pacem: non
hiemem, sed & tranquillitatem: non operosos, sed festos etiam dies: &
ut generatim eloquar, laboris condimentum est otium. plura habet his
 affinia. *Arcus enim, lyraeque* (subdit) *remittimus, ut tendere possimus.*
ac summatim corpus quidem indulgentia, & repletionem, animus verò
remissione, atque labore conseruatur. Sed enim verò sunt qui ex re-
 cto tramite deflectant. nam parum audientes dicto Aristotelis Arist. lib. 10. Eth. c. 6.
 in ludo collocant suum finem; nescij omnem relaxationem, &
 quietem studiorum & otij causa, non propter se ipsam expe-
 tendam. *Ludendum ut studeas, non studendum ut ludas.* ex senten-
 tia eiusdem Philosophi: cui affine est illud Socratis. *Edendum ut*
uiuas, non viuendum ut adas. Ludus porro intra limites medio-
 critatis conclusus actio est virtutis, quam Eutrapeliam appel-
 larunt, id est, iucunditatem. Eutrapelus etiam dictus, qui iis ra-
 tē vritur, quæ moderatē animū relaxant. Vnde Eutrapeliæ
 finis est honesta recreatio. Demum qui ludi honesti censeantur,
 non adeo in promptu, & passim licet definire. multa sunt ad-
 uertenda pro ratione loci, & temporis, & moris. Solet genera-
 zim vituperari, imò & legibus prohiberi quicumque ludus in
 quo fortuna dominatur. Aleatores ab antiquis ipsis temporibus
 malè audierunt.

Hactenus expediuius quo pacto in otio vir nobilis se ge-
 rat. At tempore negotij, id est, si occasio exegerit, vel bel-
 licas expeditiones sequi, vel ingruentia bella propulsare, alix
 desiderantur virtutes, licet in otio comparandæ. nam

Seruum est cauendi tempus in medijs malis.

Itaque vir nobilis ad belli discrimina arte gymnastica se præ-
 pararet. hæc ars olim magno fuit in pretio, qua à pueritia assueti
 homines, ut exercitatiores, firmioresque fierent lucta, saltu, di-
 sco, pugillatu. Plato nomine artis gymnasticæ exercitationes
 omnes bellicas ad robur fortitudinis conducentes voluit con-
 tineri. Aristoteles præcepit, Adolescentes ad hanc corporis, &
 animi firmitatem obtinendam gymnasticæ, & pædottibæ esse
 tradendos. Ad hunc ordinem spectat ars equestris, siue equitan-

di viro nobili dignissima, ut ea arte feroces equos cursu, saltu, gyro sciat domare, & agitare, in generosis equis aptè, & compositè insidere, ex arte iactare sese ad numerum, atque animos, industriamque ostentare. neque lateant virū nobilem ex exercitationes illi maximè peculiares, tractare scilicet gladios, hastas, arma, plumbeas glandes inflammato pulvere extrudere in scopum. Demum pro statu, & conditione hominis hæc requiruntur. nam in viro Prinoipe quis eat inficias requiri exactam rerum bellicarum, & virtutis imperatoris scientiam? nimirum ordines ducere, disponere, tribuere in suas classes, & huius notæ alia, quæ separatam expectant tractationem à nostro instituto alienam. Satis est hæc delibasse, & ostendisse quid in viro nobili omnes desiderent.

Splendori etiam apprimè necesse est studere ut nobilis, qui in apparatu domestico consistit, cultu atque ornatu corporis, suppellectile familiari, villis, & hortis. Aurea hic opus mediocritate, ne vir splendidus abeat in elegantem; quod nomen olim, post luxuriosum contumeliæ fuit. etenim ad ætatem Catonis id verbum vitio, non laudi fuisse scribit Agellius. neque defectu diuersarum rerum sordidus vir nobilis censeatur. in his ergo, quod est nimium luxus, quod est parum sordities vocatur: interiicitur ipse splendor pro re, & persona moderata contentus mediocritate. Sed strictim hæc splendida percurramus. supellex est omne domesticum instrumentum, vasa intellige, lances, lectos, aurea peristromata, conchyliata Tapetia, & id genus cetera utensilia. quæ ad omnem usum & pro amicis præstò sint. nitida in primis & munda desiderantur vel arte, vel pretio commendanda pro facultatibus, hominisque auctoritate, imò & pro expectatione. Defecit Seuerus à mediocritate: nam Imperator Orbis poculis, etsi nitidis, numquam tamen aureis fuit usus. excessit verò Heliogabalus quod vel ad corporis sordes excipendas aureo vase vteretur. Præterea ornamenta sunt illa necessaria: signa, Tabulæ, aulæ, vasa, argentum plenum artis, Abaci, mensæque, quæ diuersa sint pro loci, & temporis diuersitate. Aliud aulæ decet, aliud Gynecæum. alia ad quotidianum ornamentum apta, alia ad sollemnes, & festos dies seposita. In splendoris ordinem veniunt præcipuè equi prosapiæ generosæ, cutis nitore, & ipsis ornamentis conspiciui. Præterea virum splendidum

dum decet diuersi generis alere animalia, vel longè quæsitamulta habere ad aucupium, & venatum canes venaticos, accipitres, & cæteras aues deditas rapinæ. In cultu, & vestitu, & ornatu corporis non indiligens cura adhibenda. sordem, & illuuiem non modò improbamus, verùm etiam & vt personæ ratio habeatur itidem præcipimus. *Augustos enim Augusta decent.* hic etiam ætas attendenda, dignitas, auctoritas, vsus potissimùm, & Regio (quàm varia enim apud varios vestiendi ratio.) Certè quod nobiles præ cæteris splendidius, & ornatius vestiantur in more semper fuit. Patricius ordo apud Romanos purpura utebatur, quod commune factum notat, & conqueritur Satyricus Iuuenalis. Id etiam Iurisconsulti voluere subinde plebeis succedentes, eorumque vxoribus, nobiles debitas vestes vsurpantibus. Notatu dignum est quod addidere: virum nobilem vi-hiori veste ob inopiam indutum, aded vt verecundia præpeditus domum non egrediatur, beneficio in integrum restitutionis adiuuari aduersus temporis lapsum.

Albert. in l. 2. Cod. quib. ref. iud. non noc. Luc. de Penna in l. Mulieres. C. de dign. l. 12. Nic. de Neap. in l. in eand. ff. ex quibus caus. maior. Gerar. à Pet. sing. 82.

Postremò horti, & villæ decent virum nobilem. nam, vt tædium ciuile procuret, animus curis anxius honestas ambulationes, & corporis laxamenta expostulat. in iis etiam adsit sua. su-pellex, suum decus in ædificio non tam rusticano, quàm vr-bano opere dignum. Arbores dispositæ, directæ in quinquencem: ex variis arbusculis opere topiario figuræ variæ. Aquarum ductus, fontes muscosi, marmora, aliique lapides insignes. Ad hæc accedunt auiaria, viuaria, leporellæ, cohortes altitium, & quæcumque demum oblectamenta, & relaxationis animo pariunt. Pauca hæc, sed eximia, & præcipua de splendore habe, si plura & exactiora desideras, consule Pontanum in libello, quem de Splendore inscripsit.

Sed redeo ad vestes, & mensas. in his præcipuè semper est peccatum. excedit enim sæpe splendor in vestibus, & transit in luxum. Romana Respublica fit exemplo, præ qua licet nulla ex-titerit, in quam, vt ait Liuius, tam sere auaritia, luxuriaque immigra-uerint, nec ubi tantum, & tandem Paupertati, & Paupertati honos fue-rit, attamen processu temporis ob id præcipuè vergente Impe-rio nimis ea in vestibus, & mōis luxuries profusa fuit. Augustus primùm post confectum Actiacum bellum ad Imperium sibi confirmandum habenas luxui laxauit. Senebat vir sagacissi-

Liul. lib. 2.

mus

Tacit. l. i.

mus altos, ac generosos Romanorum animos seruitutis impatientes frangi, ac debilitari vestrum, compuniorum, ac ludorum deliciis, & remissionibus. Id Tacitus de more aduertit. *Luxus mense à fine Aetiæ belli usque ad arma, quem Servius Galbæ Romanam est adeptus per annos centum profusus sumptibus exercitus fuisse.* Hinc antiquatae tot leges sumptuariae. Fannia lex permisit diebus festis centenos æris, cæteris denos. Vnde Lipsius calculatur, Philippicum, (ita appellat) in potum, & cibum suffecisse. Sylla auxit aliquantulum. sed occidente Imperio mira luxuriæ portenta apparuere. Remota, & sumptuosa placebant. Narrat Seneca de Tiberio nullum ingentis formæ sibi missum in macellum deferri, & vanire iussisse. Licitati sunt Piscem Apicius, & P. Octavius. vicit iste, & emit H. S. quinque millibus, id est, 125 aureis. Tres mullos triginta millibus numorum vanisse, id est, 710. aureis; queritur apud Suetonium idem Tiberius. Clodius Aëtopus aues humano sermone vocales magni cœmpras, hac sola prodigendi voluptate, solitum comedere affirmant. Caligula: Margaritas aceto madefactas sorbebat. De Heliogabalo Lampridius nunquam minus centum H. S. cenasse, id est, 2500. aureis. aliquando verò aureos 7500. impendisse. Seneca saepe inuehitur in cenas equestrem censum, id est, decem millia aureorum absumentes. Non his potestis caruit nostra ætas. sed qua illi præcipitauerunt, eadem multis necesse est impendeat ruina. Pudet narrare quod de Vedio Pollione sentit Tertullianus: seruorum scilicet corporibus Murænas in viuariis aluisse, ut existerent sapidiore, & deliciariorum, eò gula vitium processit. *Vepius Pollio, ait ille lib. de Pallio, seruos murænis inuadendos obiecitabat, noua scilicet scuitia delectatio terrena bestia, exenduntula & exanguis, & excornis. de piscibus placuit feras cogere, utique statim conquendis, ut in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus & ipse gustaret.* L. Seneca addubitat de hoc fine, sed Tertulliano alibi planè suffragatur. Abhorret etiam animus referre quod in sua historia scribit Zozimus auditam fuisse vocem in ludis Circensibus Honorio imperante. *Pone pretiam humana carni: quam nonnulli in rerum necessariarum penuriam nequaquam referunt, sed in deprehensum humanæ carnis deliciariorum esum, qua degustata nati homines non nomini, sed abdomini magni sibi illam comparabant.*

Ræste Senec. fœdissimum patrimonij exitium calina. Sic Diog. ventræ appellabas vita Charvdim. Tertull. l. de pall.

L. Sen. lib. 1. c. 18. & l. 3. de ira. c. 40. Zozimus. li. 6.

Non

Non tamen vituperantur aliqui ex occasione sumptus; ut neque ipsi L. Senecæ *Aditiales* illæ cænæ displicebant, ita dictæ quòd in aditu honoris alicuius solitæ erant dari. sua enim habet splendor tempora, & vberior largitio in bene auspicatis diebus desideratur.

L. Sen. l. 1. de
benef. c. 10.

In vestibus non modò fæminæ, sed viri etiam lasciuunt. studeant planè iuuenes nitori: elegantiz tamen vrbanz in molli-
tiam ne abeant. dum munditias affectant molles apparent, & effæminati. multi sunt qui nimium curent cutem, ac nimiz co-
marum culturæ studeant. Cincinnos illos meretricum, & Cy-
nædorum notas, atque titulos boni auctores passim appellant. Præceptum est Hesiodi.

L. Mart. de
Rom. libr. 3.
cap. 20.
Hesiod. lib. 2.
operis & diei.

*Ne muliebri se comptu, lotuque polito
Vir quisquam.*

Munditias id genus mulieribus conuenite, labores viris sit viro nobili persuasum. Præclarum extat Socratis mōitum: in speculo debere quidem formam conspici, sed eo consilio, ut si bona cum bono animo vir coniungat: ut quæ digna forma sunt efficiat, ne in pulchro corpore deformis inhabitet animus. quòd si turpi sit facie, curet ut animi pulchritudinem consequatur. ita speculi vsus deformi, & pulchro apprimè vtilis erit futurus. Imperatoris Iuliani familiare dictum perhibent. *Turpe est sapienti cum animum habeat captare laudem ex corpore.* Modestia in vestitu maximè commendatur. exquisita quædam olim in vestibus inuenta vituperant scriptores; cum præsertim mos obtinuit, ut vestibus ipsis versus inscriberent, imagines intexerent, flores, animalia, & cætera, quæ potius negotia pictorum. qui verò religio-
fiores, & pietati addictiores volebant haberi, historias sacras de-
pingebāt: de his omnibus graphicè, & eruditè Asterius. Sine ri-
su non aspicere Græcos Imperatores (extant enim imagines) in
purpura, in auro, in gemmis, & à capite ad calcem non regiè, sed
muliebriter cultos, ait doctus vir. Imitetur Agricolam noster
nobilis, de quo gener Tacitus has refert laudes. *Cultu modico,
sermone facilis: adeò ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem
æstimare mos est, viso, aspectoque Agricola quererent famam, pauci in-
terpretarentur.*

V. Philipp.
Ruben. lib. 2.
cap. 1.
I. Lips. lib. 2.
Polit. c. 15.
in not.
Tacit. in vit.
Agric.

Quàm multæ verò sunt fæminæ his temporibus in quas re-
tè illud Poëtæ dictum intorseris. *Matrona incedit census induta
nepotum.*

A a

nepotum. Antiqua illa non commemoro, vniones, margaretas calcatas: pretiosiores gemmę hac ætate pedibus substratę. Quot inueniuntur hodie Lollię Paulinę, quam vnā est Plinius admiratus smaragdis, margarētisque opertam alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque, vt summam quadringentis H S. colligerent: quasi dicas decies centena millia aureorum. in multis cultus meretricius potius, quā matronalis inspicitur. venustiore, & comptiore in puellis non vituperamus. illę sepe ex industria numquam cessant

Plau. in Pæ-
mulo.

*Lauari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi.*

*Quę noctes, dięque omni in ætate semper
Ornantur, lauantur, terguntur, poliuntur.*

L. Sen. epist.
28.

Multa hoc loco essent addenda, & præcipienda circa hanc vestium, mensarum, & cultus corruptelam. Verū multi ex eruditis egregiē in omni ætate id præstiterunt, *Numquam*, ait Seneca, *nimis dicitur quod numquam satis est. Quibusdam remedia monstranda, quibus inculcanda sunt.* Sed desinit esse remedio locus, vbi quę vitia sunt mores esse cœperunt. Vnde destitutus ego mente sim si id sperem nostris præceptis assequi, in quo optimi Rerum-publicarum moderatores nullo facto operę pretio insudarunt. Vtō per similia hæc videntur. Adeoque, ait Plato, *sint nobis ipsa omnino tanquam votum, & deprecatio quedam.*

Epist. 8.

F I N I S.



INDEX



INDEX RERVM

MEMORABILIVM,

QVÆ HOC OPERE

CONTINENTVR.



A

AQVIRERE facilius est,
quàm conseruare. pag. 18.
73.84

Actio cedit contemplationi. 69

*Actioe bono publico suscepta nihil
est illustrius.* 56

*Actus hominis, & actus humani quo-
modo differant.* 75

Adolescentia errores qui extinguntur.
133

*Adolescentia nimia licentia improba-
tur.* 154

*Adolescentiam enervant libelli amato-
ry.* 155

*Adolescentiam corrumpunt scenica
spectacula.* 157

*Adoptandis uetus ceremonia in Hispa-
nia.* 25

*Adoptatus commodatus, & insitius
hæres appellatur.* 19

*Adoptatus an Patris Nobilitate splen-
deat.* 39

*Adoptio inuenta est in subsidium nu-
ptiarum, & solatium eorum, qui fi-
lijs carerent.* 25

*Adoratio Sacra purpura olim honorifi-
ca, & quibus concessa.* 96

*Aduocandi manus, & scientiam vi-
tuperant, quod sit vanalis, & per-
niciosa.* 109. 110. 111. 112. 113

*Aduocandi munus, & scientia ab ob-
iectis defensa.* 113

*Aduocati festo die consulentes cur non
peccent.* 114

*Aetas mariti qua proportionem debet ex-
cedere aetatem uxoris.* 26

*Agrorum cura Roma, & Athenis plebi
demandata.* 77

*Alcibiades cur Eupolim Comædum
demerserit.* 158

*Amalthea cornu est argenteum, non
bouinum.* 88

*Amatoria cantiones virus Adolescen-
tia.* 155

*Amicitia & excellentia quoduplex
sit.* Aa 2

INDEX RERVM.

- fit.* 92
Amicitia & excellentia continetur officiis analogicè præstandis. 93
Angeli in hominis procreatione quid præstiterint. 2
Angeli in hominis resurrectione quid præstabunt. 3
Animi relaxatio addictis rei litteraria præcipitur. 180. & 181
Antiquiora cur suspiciamus. 48
Antiquitas Nobilitati attributa. 18. 48
Antiquum tempus quod dicatur. 19
Anulos aureos gestandi ius cui deberetur. 17. 18
Apologus ventris, & membrorum ad concordiam suadendam. 71. 72
Arma, & Toga comparantur. 66
Arma Gentilitia unde dicta, & cur inuenta. 96
Arma Gentilitia Nobilibus debentur. 96
Arma Gentilitia non omnibus alicubi permiffa. 97
Arma Gentilitia Nobilium affumi ab alijs prohibentur. 98
Arma Gentilitia filijs non primogenitis, præsertim naturalibus, cum distinctione aliqua concessa. Qui galileam, vel coronam superimponant. 98
Arma Gentilitia propria auctoritate sumpta, & Principis concessa beneficio quomodo æquiparantur apud Flandros. 10
Ars gymnastica viro Nobili necessaria. 181
Artes honore promouentur. 82
Artes mechanica, & earum artifices cur viles reputentur. 139
Artes honesta comparanda: cum occasio exegerit in usum depromenda. 140
Aspectus an Nobilem patefaciat. 12
Aspectus grauitas, & toruitas quasi similitudine vituperetur. 177
Astra in facultatem sentiendi possunt agere, non in voluntatem. 124
Astrologi perstringuntur. 124
Auaritia hominem dedecet Natura admonente. 176
Auari sibi, & alijs inuites. 174
Auari morbus est insanabilis, ideo Prodigio deterior. 175
Audacia propius accedit ad Fortitudinem quàm timor. 64
Aulica vita periculosa. 163
Aulici non seruire, sed obsequi dicuntur. 142
Aulicis tria necessaria. Cautela, patientia, & mediocritas. 164
Aulicus instar Luna debet refundere omne lumen in suum Principem. 163
Aulis in magnis fraus regnat, inuidia & criminationes. 164
Austriaca Familia laus, & celsitudo. 119

B

Belli neruus est pecunia. 71
Belli tempore ars gymnastica viro Nobili necessaria. 181
Bellorum finis, & quò sint referenda. 69
Bellorum apparatus. 71

Bene

INDEX RERVM.

Beneficentia liberalitati est annexa. Et quid habeant commune, & in quo differant. 176
Beneficentia illa, qua cum alterius detrimento exercetur, est improbanda. 176
Beneficia Ecclesiastica viris Nobilibus facilius concessa. 13
Beneficia quousque grata sint, & lata. 164
Beneficia, & liberalitas ad imperia aditum aperiunt. 172
Bombarda inuentor virtutem bellicam enervauit. 62
Bona non qui solum cognoscit, sed qui facit est laudandus. 76
Bonorum diuisio. 11
Bonum publicum quouis priuato dignius, eidemque preferendum. 55

C

Carthagine excisa Romana vires corrumpunt. 72. 73
Catonis Uticensis factum, & mors vituperatur. 137
Catonis maioris prudentia in diuitijs familie, & posteritati comparandis. 149
Causa non semper nobilior effectus. 44
Causa Nobilitas adequata, & inadequata. 74
Cautela Aulicis in primis necessaria. 164
Cedere foro dicebantur qui pecunias decoxerant. 145
Census primum Romanos cives in

classes distinxit. 91
Cerebrum in homine cur amplum, & sublime constitutum. 128
Ceremonia antiqua creandi Comites apud Hispanos. 103
Ceremonia vetus adoptandi apud Hispanos. 25
Cicada Nobilium Atheniensium insignae. 49. 101
Ciceronis ostentatio ob res in Catilinam gestas à plerisque notatur. 63
Ciuilis prudentia Nobilitatis causa principalis. 54
Ciuis liber est homo. Mercenarius & opifex verè ciuis non est; quemadmodum non omnes partes animalis animata. 140
Celibatus an laudandus. A Sanctis Patribus commendatur. 20
Celibes Reipublica sunt inutiles. 26
Collegij Bononiensis Hispanorum origo. 153
Comitas, & modestia debet esse viro Nobili innata. 176
Comitis dignitas qua primum ceremoniam in Hispania delata. 103
Comitis titulo quando decorentur Iurisprudentia professores. 114
Commercio, & imperio Resp. continentur. 143
Commutatio antiquissima. 144
Concordia vinculum externus timor. 72
Coniugij, & rei uxoria finis. 24
Conseruatio acquisitione difficilior. 18. 73. 84
Consiliarij Principum illustres. 95

A 3 Consi

INDEX RERVM.

*Consiliarij Principum secretorum de-
tectores qua pœna puniantur.* 95
*Consilijs, non viribus res magna ge-
runtur.* 71
*Consilium res est sacra: & unde di-
ctum.* 95
*Consilium illius, qui sibi malè consu-
luerit, non sequendum.* 160
Constantia virtutem decet. 18.48
*Consuetudo multitudinis peccandi ad
vitia impellit.* 8
*Contemplatio actione, & practi est no-
bilior.* 69
*Controuersia de Nobilitate more regio-
num sunt dirimenda.* 24
*Corporis humani bonitas, & tempe-
ratura.* 5
*Corpus humanum cur sit erecta sta-
tura.* 4
Corpus humanum ex luto effectum. 5

D

D*ecoctorum pœna antiquitus in-
flicta apud Romanos.* 145
*Decoctorum pœna à legibus Cesareis
statuta.* 145
*Degenerationis filiorum à parentum
claritate plures caussa recensentur.*
123.124
*Degenerant è Nobilibus alij in stoli-
dos, alij in furiosos.* 130
*Demus, non Angeli hominis est primus
parens, & auctor.* 2
Discordia Respub. labefactat. 72
*Diues in publicis honoribus est pauperi
preferendus.* 89
Diuitia sine virtute non nobilitat. 88

Diuitia peruetusta non nobilitant. 89
*Diuitia quo pacto virtutem requirant,
ut nobilitent.* 94
Diuitijs an debeatur honos. 83
Diuitiarum vis. 88.89
*Diuitia quomodo pariant Nobilita-
tem.* 89.90
Diuitia retinent fami. & splendorem.
148
*Diuitiarum verus vsus soli sapienti
est perspectus. idem Nobili viro
suadetur.* 148.149
*Diuitijs posteritati prouidetur. exem-
plum Phocionis, Aristidis, & Ca-
tonis.* 149
*Diuitias parat frugalitas, & expensa
moderata.* 149
*Diuitia recentes vitiosiores sunt quàm
peruetusta.* 166.167.169.170
*Doctor legis est Nobilis, eius insignia
quid significant.* 83.84
*Doctor Nobilis, an ignobilis magis
laudandus. Item alterius tantum,
an utriusque iuris doctor sit prae-
ferendus.* 84
*Doctoratus dignitas à Principe, &
eius delegato confertur.* 83
*Doctorum legum imperitia, & graui-
tas suggillatur.* 112
*Dotis opulenta ambitio Reip. pernici-
osa.* 26
*Dotis opulenta cupiditatem efficit, ut
uxor imperet, & maritus feruiat.*
27
*Dotis opulenta ambitio est in caussa,
ut à paterna claritate filij desci-
scant.* 128
*Dotibus modum leges prescribere
apud*

INDEX RERVM.

*apud plerosque : quæ libertati ma-
trimoni non officiant.* 27
*Duratio maior arguit maiorem rei per-
fectionem.* - 48

*quæ dissimiles parentibus perpetue
effigies.* 126
*Exempla filiorum, qui ab ingenio pa-
terno degenerarunt.* 130

E

F

Ecclesiastica dignitates maximè
Nobilibus debentur. 16
*Ecclesiastica dignitates an, & quomo-
do familias illustrent.* 106
*Educatio omnibus in rebus generatio-
ne est difficilior.* 149
*Educatio Nobilitatem familia conser-
uat.* 150
Educatio in pueritia est aptior. 150.
152
*Educatio in Nobilibus debet esse dili-
gentior.* 150
*Educatio Nobilium bono Reipublica
redundat.* 151
*Educationi magistratû præfecere Athe-
nis & Sparta.* 153
*Educatio mala est causa degeneratio-
nis filiorum à parentum virtute.*
129
Eleonora Arborea laudatur. 31
Episcopatus an nobiliter. 106
Equestris census Romanorum. 17
Equestris Nobilitas Romanorum. 17
*Equites Roma anulo aureo à plebe di-
stincti.* 17
*Eunuchi malè audierunt. militiæ, sa-
cerdotio, honoribus prohibiti.* 26
*Eutrapelia virtus quæ ludos modera-
tur.* 181
Eutrapelus qui ludis rectè vititur. 181
Exempla facultatis imaginatricis,

Familia eò illustrior quò antiquior.
46
Familia Regia extincta. 118
*Familiarum priuatarum casus, &
nausfragia.* 117
Faminarum laus, & splendor. 30
*Famina primum monstrum in Natu-
ra.* 33
*Felicitatis potior pars in filiorum pro-
creatione consistit.* 24
Fidei constantia est comes. 171
Fidei descriptio. 171
*Fides viro Nobili necessaria, & inna-
ta.* 170
Fides iustitiæ fundamentum. 170
Filiorum splendor parentum gloria.
36
*Filiorum desiderium prouenit ex amo-
re sempiternitatis.* 24
*Filiorum procreatio primarius coniun-
gij finis.* 25. 26
*Filiorum multitudo honorifica ; Rei-
pub. maximè utilis, honoribus affe-
cta.* 25
*Filius an sit Nobilis, si auos habeat
nobiles; patrem vero infamem.* 23
*Filius an sit Nobilis, si ante acquisitam
nobilitatem sit susceptus.* 38. 39
*Filius ante patratum crimen susceptus
an deperdat patris Nobilitatem.*
133. 134

Forma

INDEX RERVM.

Formula, quibus dabantur tituli illustris, spectabilis, clarissimi. 107
Fortitudo militaris extollitur. 59
Fortitudo in quo mortis genere eluceat. 62. 63
Fortitudo inter Timorem, & Audaciam. 64
Frugalitas magnas parat diuitias. 149

G

Galli Nobiles agrorum curam non vituperant, sed suscipiunt. 147
Generandi vim quam requirat in viro Nobili Aristoteles. 21. 23. 24
Gentiles homines cur, & qui hodie vocentur. 16. 17
Gentilitium quid significet. 9. 10
Gentilitia sacra. 10
Gentilitatis ius apud Romanos quibus deberetur. 16
Gula vitia, irritamenta, exempla. 184. 185. 186

Heroica virtus ex generositate, & doctrina, quid sit. 153
Heroum filij noxa. 127
Hominem Deus, an Angeli efformarint. 2.
Hominem qua virtutes maxime ornent. 76. 77
Homines obscuro ad summas dignitates euecti. 120
Homines ex varijs metallis cur dicantur à Platone effecti, cum primum

fuerint à Deo conditi. 94
Hominum cur alij perfectius, alij minus perfecte operentur, cum aquales potentias sortiantur. 114. 115
Homo cur ultimo loco procreatus. 2
Homo cur erecta corporis statura. 4
Homo bonus difficile inuenitur. unde proveniat difficultas. 7
Homo, si in pessimos abeat mores, sit omni bestia immanior. 150
Honor virtutis premium. 11
Honor qua virtute prodeat illustrior. 76
Honori, & virtuti cur olim fuere ades iunctim. 78
Honores vanales vituperantur. 78. 79. 90
Honor an debeat viro Remp. non attingenti. 82
Honos alit artes. 82
Hospitalitas liberalitatis pars. viro Nobili commendatur. 172
Hospitalitatis studium Casena. 172
Humana omnia, Vrbes, Regna, caelestia corpora, fluxa, & caduca. 118
Humana carnis esus olim expetitus. 184. 185

I

Illegitimi à parentum Nobilitate exclusi. 40
Illegitimis alimenta denegata. 40
Illegitimi an possint esse Nobilitatis primi auctores. 41
Illegitimi apud Venetos honoribus prohibiti. ibid.
Illegitimi ad sacerdotia vocantur, & deinceps

INDEX RERVM.

deicommissa, & alia horrifica;
 praesertim in Hispania. 41. 42
 Illegitimi quot viri illustres existi-
 rint. 42
 Imaginatio humana cogitationis in
 Venereo congressu diuersae parit
 effigies. 125. 126
 Imaginum ius apud Romanos in ma-
 gna aestimatione. 51. 52
 Imaginum iura apud eosdem ex ma-
 gistratu curuli proueniebant. ibid.
 Imago Dei in homine; & unde appa-
 rat. 2. 3. 4
 Imago Dei in homine prae se Philoso-
 phi non ignota. 3
 Imago Dei in homine consistatne in
 intellectu, an in voluntate. 4
 Imperatoris optimae partes. 59
 Imperatores Graeci promiscue nobilita-
 runt. 92
 Imperatores Graeci Nobiles iubebant
 quos lateri adherere permiserat. 95
 Infames à Nobilitate deiectioni. 134
 Insignia varia Nobilitatis apud va-
 rios. 137
 Insularum mores commercio cerum-
 puntur. 124. 125
 Intellectus, an voluntas nobilior. 75
 Interitus, & mutationis nihil huma-
 num expers. 118
 Isabella Castella Regina commendat-
 tur. 31
 Iurisprudentes Imperatoribus à consi-
 lio. 116
 Iurisprudentia armis concedit. 67
 Iurisprudentia commendatur. 84
 Iurisprudentia vituperatur. 109. 110.

III

Defenditur. 113. 114
 Iurisprudentia encomiata. 116
 Ius Gentilitatis quibus competeret.
 16. 17
 Ius gestandi anulos aureos quibus de-
 beretur. ibid.
 Iustitia legalis distincta à ceteris vir-
 tutibus, sed eadem cum prudentia
 civili, eius natura explanatur. 55
 Iustitia legalis virtutes ceteras illu-
 strat. 57

L

L Ab ore omnia videntur. 1153
 Leges Romanae oppressae, & resili-
 tae. 115. 116
 Leges de moderanda dote libertati
 matrimony non officiant. 27
 Lex Poppea senes matrimonio arce-
 bat. 22
 Lex Tullia, & Cincia Advocatorum
 mercedi modum statuit. 115
 Liberalitas viti Nobilis propria. 171
 Liberalitas in quo versetur. ibid.
 Liberalitas tria requirit, modum, dele-
 ctum, atque tempus. 172. 173
 Liberalitatem affert Pradigus, longè
 abest Auarus. 174
 Libertini qui dicerentur tempore Ap-
 py Claudij, & Claudij Imperato-
 rum. 19. 20
 Libelli amatorij eneruant Adolescenti-
 am in speciem suauis viri eno-
 ment. 155
 Libelli amatorij ab omnibus impro-
 bantur. exulant à Republ. Plato-
 nica. Quis eorum lectioni possit va-
 care. 156

Bb

Ligures

INDEX RERVM.

Lignæ mercaturam profitentur. 146.

147

Litteræ vanales vituperantur. 67

Litterarum studium moderatum desideratum. 178

Litium victoria reportanda superstitiones antiquorum. 111. 112.

Ludi moderati, & honesti Eurapelia virtutis actiones. honesti qui sint. 180

Lunula Nobilium Romanorum insigne. 49

Luxuria cerebro obest quàm maximè. 117

Luxuria maximè dedit Nobilitatem. propterea à legibus in nobili acriter punitur. 167. 168

M

M *Acrocephali unde dicti.* 152

Magistratus qui nobilitem. 69

Magistratus ex diuoribus creati. 160

Magistratus virum ostendit. 169

Magnanimi sunt Nobiliores. 167

Maiores qui dicantur à Iuriconsultis. 16. 17

Maritus uxoris nobilitate non splendet. 37

Maternum genus, & nobilitatem qui sequebantur. 28

Materne originis qui essent municipes. 29. 30

Medicina an sit honesta, & nobiliter, attendendi sunt gentium mores. 85

Medicina vituperatur. *ibid.*

Defenditur. 86

Iurisprudencia postponitur. 87

Medicorum laudes. *ibid.*

Mediocritas in actionibus difficile tenetur. 8

Etiam in studijs commendatur. 136

Mediocritas Anlico necessaria. 164. 165

Mediocritas quomodo attingatur. 8. 9

Mendacij turpitudine unica ratione ob oculos proponitur. 170. 171

Mens humana à priscis Philosophis variè appellata. 3. 4

Mensarum luxus apud Romanos. 13

Mercatores à Rep. belligerendi consilijs, & militia exclusi. 143. 144

Mercatores sordidi animi. *ibid.*

Mercatores domi sua nobiles exteris nobilibus loco debent cedere. 144

Mercatores licet ex infamia regulatiope sentur, non ideo honesta illorum ars. 145

Mercatura officis Nobilitati. 142. 143

Mercatura non derogat nobilitati, si ita obtineat mos regionis. 145. 146

Mercatura politicè, & æconomicè exercetur. *ibid.*

Mercatura apud diuersos bene & male audit. *ibid.*

Mercenarij, & opifices verè cines non sunt, sed serui publici. 140. 141

Merces anthuramentum seruitutis. *ibid.*

Metricum exponendum mos post exacta scenica Roma. 158

Miles

INDEX RERV.M.

<i>Miles Gregarius an nobilis.</i>	61
<i>Militia Nobilitatis effectrix.</i>	59
<i>Olim clarissima.</i>	61
<i>Qua commendatur.</i>	ibid.
<i>Militia homines illustrari.</i>	60. 61
<i>Militia toga instrumentum.</i>	74
<i>Militia viro nobili pauperi shade-</i>	
<i>tur.</i>	162
<i>Militaria premia.</i>	59. 60
<i>Mimica actiones libidinum artes.</i>	
<i>157. 158</i>	
<i>Modestia viro nobili necessaria.</i>	176
<i>Modus Aulico necessarius.</i>	165
<i>Morales virtutes pra intellectualibus</i>	
<i>commendantur.</i>	75. 76
<i>Mores diversarum gentium ex diver-</i>	
<i>sitate soli.</i>	124
<i>Mores Nobilium boni, ac pravi, & cum</i>	
<i>plebeis comparantur.</i>	165
<i>Mors bellica pulcherrima.</i>	63. 163
<i>Mors publica acerbissima.</i>	63
<i>Mulieres esse vitandas, onus, & in-</i>	
<i>commoda.</i>	21
<i>Mulieres illustres.</i>	30
<i>Mulieris laus quod quasiuerit lanam,</i>	
<i>& linum.</i>	147
<i>Mulieres timidiore fecit Deus ob rei</i>	
<i>domestica curam.</i>	ibid.
<i>Mulieres publico prohibita domestica</i>	
<i>debent curare.</i>	147
<i>Multi qui dicantur.</i>	24
<i>Musica ut laudetur.</i>	179
<i>Musica cur infantes edormiscant.</i>	
<i>ibid.</i>	
<i>Musica cur homo perfectius delectetur.</i>	
<i>180</i>	
<i>Musica quando Pythagoras vteretur.</i>	
<i>ibid.</i>	

N	
<i>Natalium restitutio quid signifi-</i>	
<i>cet apud Iurisconsultos.</i>	92
<i>Natura quod facit ut plurimum, face-</i>	
<i>re semper dicitur.</i>	122
<i>Natura deficit in filiorum bona pro-</i>	
<i>creatione.</i>	ibid.
<i>Natura nomine quid intelligatur.</i>	2
<i>Natura Nobilitas omnibus est com-</i>	
<i>munis.</i>	6
<i>Navigare dicitur qui nupserit.</i>	22
<i>N quis, & mulier parant negotia.</i>	21
<i>Neapolitana nobilitatis splendor.</i>	146
<i>Necessitas artis non arguit splendorem</i>	
<i>in rebus politicis.</i>	73
<i>Necessitas quando dicenda sit felix.</i>	
<i>161</i>	
<i>Nobiles cur despiciant maiorum suo-</i>	
<i>rum similes.</i>	166
<i>Nobiles, an plebei sint vitiosiores.</i>	167
<i>Nobiles magnanimi sunt, p^{er}, erga</i>	
<i>Deum bene affecti.</i>	168
<i>Nobiles vxorum amantiore.</i>	168
<i>Nobili viro, qui sit pauper, scientia</i>	
<i>suadentur, Religio, Militia, Princi-</i>	
<i>pum famulus.</i>	161
<i>Nobili vestes sumptuosiores sunt con-</i>	
<i>cessa.</i>	182
<i>Nobilis inuatur beneficio restitutionis</i>	
<i>in integrum, si ob vestium squalo-</i>	
<i>rem domo non egrediatur.</i>	183
<i>Nobili viro, & improbo vir litteratus,</i>	
<i>& probus est preferendus.</i>	84
<i>Nobilis antiqua familia ortus an post-</i>	
<i>ponendus viro obscuri generis, licet</i>	
<i>dignitate, & titulis decoretur.</i>	103
<i>Nobilis ex seipso, an nobilis magnarum</i>	
<i>gloria sit preferendus.</i>	44. 45
Bb 2	
Nobilis	

INDEX RERVM.

O *Tium turpis amoris parens.* 177.
 - 178
Otiū improbant sapientes. 177
Otiū viri nobilis decent honesti ludi,
littera, Musica. 178
Operis occasio. in prolus.
Operis ordo, & contextus. ibid.
Operis finis Morali, Politico, & Iuris-
consulto non ineptus. ibid.
Origo nobilitatis ex Armis, an ex Toga
sit splendidior. 66
Pacis

INDEX RERVM.

P

PAcis artes, & gubernatio difficili-
liores & vitiores quàm mili-
tia Apologo suadet. 71

Parentum meritis multa à posteris de-
bentur. 46

Parentum nimia lenitas vituperatur.
154

Parentum licentia conniventium ad
filiorum errata, vituperio dignissi-
ma. 155

Partus ventrem sequitur tribus tem-
poribus. 29

Partus non sequitur ventrem in di-
gnitatibus. 34

Pater an splendeat filij claritate. ibid.

Pater filiusque eadem persona. 38.39

Patres cur filios expetant. 24.25

Patientia Aulicis est necessaria. 165.
166

Patria confert ad nobilitatem civium.

104

Patria sæpius à civibus nobilitata.

105

Patria nobilitas, & splendor unde
oriatur. ibid.

Patria olim in Hispania publicis tabu-
lis renunciabant ne proditio obijce-
retur. 133

Patroni munus erga clientem. 113

Pauper à Republica, & magistratu
summovetur. 90.159

Pauperes nisi in tumultu maximo mi-
lites apud Romanos non scribeban-
tur. ibid.

Pauperes viri qui fuerint, sed illustres.

161

Paupertas obscurat Nobilitatem. 159

Paupertas obest optimis ingenjjs. 160

Paupertas sæpe est stimulus ad virtu-
tem. 161

Paupertati viri Nobilis remedia. ibid.

Pax est belli finis. 70

Pecunia voce quid veniat. 172

Pecunia belli, & Imperij nervus. 71

Pecunia vis. ibid.

Pecunia profusio est cauenda. 175

Philosophari in vita meridie quid sit.

162

Philosophi reprehenduntur qui dicunt
bonum, & non faciunt. 76.178

Philosophi qui ad Remp. nolunt acce-
dere an nobilitentur. 82

Praxis an perinde illustris ac contem-
platio. 69

Princeps optimus magni nobilitatem
facit. 99

Princeps nobilitat quos voluerit, ut
consuevere Græci Imperatores. ibid.

Potest ut persona priuata, & ut
publica spectari. utroque modo ut
nobilitet. 93.94

Principis excellentia. 43.46

Primata viro qui procul viuat à Repub.
an debeatur bonos. 79.80

Privilegia Nobili concessa. 13

Prodigus melior est quàm auarus. Pro-
dest multis. 174

Prodigus sæpe redit ad sanitatem. 175

Prodigiorum finis, & similitudo. 148.

149

Profusio pecunia vitanda. 175

Prudentes imbecilles filios, & stolidos
cur gignant. 125.126

Prudentia civilis Nobilitatis causa
primaria. 54

Bb 3

Finis,

INDEX RERVM.

Finis, Actio, Difficultas, Necessitas, Utilitas. 55. 56
Prudentia militaris effectrix Nobilitatis. 59
Prudentia militaris obtemperat civili. 69
Pueritia est cultura accommodata. 152
Pueritia frigori, & labori debet assuescere. 153. 154

Q

Qualitas in quo sensu Nobilitas dicatur. 15
Quibus causis Nobilitas acquiratur. 74
Quibus causis Nobilitas deperdatur. 132
Quot successiones ad perfectam Nobilitatem sint requisita. 17. 18

R

Reges ex seruis. 120
Reges Lusitani mercatura duce sibi Orientem apernere. 146
Regia familia extincta. 118
Regum origo à instituta. 54
Regum manum in Hispania deosculari non est exteris concessum. 96
Regna mutationibus obnoxia. 54
Regni hereditas an filio suscepto ante Regnum debeatur. 38. 39
Remissiones animi studiosis maxime permessa. 181
Reipublicarum prima origo. 11
Respublica viris indiget ad tutelam, & ornamentum. 26
Reipublica bene gerenda difficultas,

& labores. 56. 57
Respublica ad pacem potius quam bellum debet esse instituta. 71
Respublica Romana, & Lacedaemonia cur ceciderint. 72
Roma communis patria. 105
Roma stormis donec Carthago stetit. 72
Romana urbe donari fuit honorificum, sed postea fuit facta communis. 105
Romana Nobilitas repentina. 50
Romana Nobilitas etiam in plebe cum prouenit ex imaginibus. 51
Romana Nobilitatis calamitas unde venerit. 100
Romani Nobiles etiam nominibus distincti. 52
Romani in negotiatione medium tenere. 146
Rosa inter vepres, prouerbiū. 123
Rota Nobilitatis. 117. 118
Rubus è vite nascitur, prouerbiū. 123

S

Sacerdotium an nobilitet. 106
Sacra Gentilitia qua fuerint. 9
Scenica spectacula Adolescentiam corrumpunt: in ea viri sanctissimi inuehuntur. 157. 158
Scientia nobilitant, & quomodo. 81. 82
Scriptores Nobilitatis. de iisdem iudicium. in prolus.
Seminaria erecta decreto Concilij Tridentini. 153
Senatores lato clano à ceteris distincti. 17

Senato

INDEX RERVVM.

*Senatoria dignitas libertinorum filijs
denegata, & quibus concessa.* 19
Senatorum numerus apud Romanos.
49
*Senes bis pueri. generanda proli ine-
pti.* 22
Serui ex Regibus. 120
Serui non sunt in iniusto bello capti.
137
Serui ab humana natura degenerant.
138
Instrumenta loquentia. ibid.
*In actionibus Politicis non sunt
sui iuris.* ibid.
*Serui non sunt quos servire indigum
est* 137
*Seruitus naturalis unde primùm, &
quo iure.* II. 135
Ex aptitudine est induc̃ta. 136
Qua congruentia asseratur. ib.
*In statu innocentia non defuis-
set.* ibid.
*Seruitus è diametro Nobilitati opponi-
tur.* 135
Seruitus in quot species diuisa. 136
*Seruitus civilis redundat bono capto-
rum in bello.* ibid.
Nobilitati an opponatur. 137
Seruitus mors civilis. 138
*Seruitus eo turpior quo magis volun-
taria.* 141
Sfortiadum origo. 60
Speculi verus usus demonstratur. 185
*Stipendia honoraria scientiarum pro-
fessoribus debentur.* 115
*Studia litterarum, & Historiarum vi-
ro Nobili suadentur.* 178
Stulti cur robustos, & ingeniosos filios

•progignant. 125
*Succesiones ad perfectam Nobilitatem
requisita.* 18
Superbia Nobilitatis malum. 166

T

T*Emperamentum corporis concor-
dia causa inter maritum, &
uxorem.* 26
Temperantia custos est prudentia.
128
*Timor longius discedit à fortitudine,
quàm audacia.* 64
*Toga cum armis comparatur. Prefer-
tur.* 66
*Topica argumenta in rebus moralibus
adhibentur.* in prolus.
Tribunal messis aurea. 115
*Tribus Iuda inter duodecim Israëlīs
Principes nobilissima; & egregiè
factum.* 12. 13

V

V*Aenales honores vituperati.* 78.
79. 89
Varietas, & vicissitudo in Familijs.
120
Vestigalia cur Principi debentur. 114
Vedij Pollionis luxus, & immanitas.
184
Veneti mercatura addicti. 146
*Veneti in muneribus demandandis
maximam habent Nobilitatis ra-
tionem.* 13
Vespasiani Auaritia, & vox sordida.
143
Vestium luxus. 185
Viceco

INDEX RER VM.

Vicecomitum Mediolanensium Ducum insignia. 61
Vicissitudine, & mutatione fortuna degenerant filij à claritate paterna. 127.
Vidua antiquitus cur festis diebus nuberent. 21
Virtus procul à ciuilitate non nobilitat. 74
Virtus apud rusticos maximè diuersatur. 77.78
Virtus ad Remp. administrandam sepe euehitur. 78.79
Virtus quomodo nobilitet. 79
Virtutem constantia comitatur. 18.47
Virtutes omnes à iustitia legali in commune bonum diriguntur. 57

Virtutes alia ad voluntatem, alia intellectum pertinent.
Virtutes morales ad voluntatem tinentes præ cæteris laudantur. *ibid.*
Virtutis nomē quid comprehendat.
Vita lampada tradere quid sit.
Vitia que apparent in Nobilitate, prauatoria vigent in plebe.
Voluntaria laudantur. 75
Voluntas, an intellectus sit nobis. 76
Vxor diues est ingens malum.
Vxor viri nobilitatem, & conditionem quamdiu sequatur.
Vxores viles ambitione dotis optimas familias pessundant. 1



FINIS INDICIS.

voluntatem,
riment.

ad voluntatem
ceteris laud

d comprehendere
dere quid sit.
ut in nobilitate
rent in plebe.
ntur.

collectus sum

gens mala
rem, & cum
satur.
bitione dno
idant.

3.

INDEX RERVM.

Vicecomitum Mediolanensium Ducum insignia. 61
Vicissitudine, & mutatione fortuna degenerant filij à claritate paterna. 127.
Vidua antiquitus cur festis diebus nuberent. 21
Virtus procul à ciuilitate non nobilitat. 74
Virtus apud rusticos maximè diuersatur. 77.78
Virtus ad Remp. administrandam saepe enebitur. 78.79
Virtus quomodo nobilitet. 79
Virtutem constantia comitatur. 18.47
Virtutes omnes à iustitia legali in commune bonum diriguntur. 57

Virtutes alia ad voluntatem, alia ad intellectum pertinent. 74
Virtutes morales ad voluntatem pertinentes pra ceteris laudantur. ibid.
Virtutis nomē quid comprehendat. 77
Vita lampada tradere quid sit. 25
Vitia quae apparent in Nobilitate, deprauatoria vigent in plebe. 168
Voluntaria laudantur. 75.76
Voluntas, an intellectus sit nobilior. 76
Vxor diues est ingens malum. 27
Vxor viri nobilitatem, & conditionem quamdiu sequatur. 36
Vxores viles ambitione dotis optimas familias pessundant. 129



FINIS INDICIS.

8
4
r-
r.
7
5
8
6
r.
7
8
5
3
3

INDEX RERVM.

Consiliarij Principum secretorum de-
tectores qua pœna puniantur. 95
Consilij, non viribus res magna ge-
runtur. 71
Consilium res est sacra: & unde di-
ctum. 95
Consilium illius, qui sibi male consu-
luerit, non sequendum. 160
Constantia virtutem decet. 18.48
Consuetudo multitudinis peccandi ad
vitia impellit. 8
Contemplatio actione, & practi est no-
bilior. 69
Controversia de Nobilitate more regio-
num sunt dirimenda. 24
Corporis humani bonitas, & tempe-
ratura. 5
Corpus humanum cur sit erecta sta-
tura. 4
Corpus humanum ex luto effectum. 5

D

D *Ecoctorum pœna antiquitus in-*
flicta apud Romanos. 145
Decoctorum pœna à legibus Casareis
statuta. 145
Degenerationis filiorum à parentum
claritate plures caussa recensentur.
 123.124
Degenerant è Nobilibus alij in stoli-
dos, alij in furiosos. 130
Demus, non Angeli hominis est primus
parens, & auctor. 2
Discordia Respub. labefaciat. 72
Dives in publicis honoribus est pauperi
preferendus. 89
Divitia sinte virtute non nobilitat. 88

Divitia peretustæ non nobilitant. 89
Divitia quo pacto virtutem requirant,
ut nobilitent. 96
Divitijs an debeat honor. 88
Divitiarum vis. 88.89
Divitie quomodo pariant Nobilita-
tem. 89.90
Divitie retinent famul. e splendorem.
 148
Divitiarum verus usus soli sapienti
est perspectus. idem Nobili viro
suadet. 148.149
Divitijs posteritati prouidetur. exem-
plum Phocionis, Aristidis, & Ca-
tonis. 149
Divitias parat frugalitas, & expense
moderata. 149
Divitie recentes vitiosiores sunt quàm
peretustæ. 166.167.169.170
Doctor legis est Nobilis, eius insignia
quid significant. 83.84
Doctor Nobilis, an ignobilis magis
laudandus. Item alterius tantum,
an viriusque iuris doctor sit prefe-
rendus. 84
Doctoratus dignitas à Principe, &
eius delegato confertur. 83
Doctorum legum imperitia, & graui-
tas suggillatur. 112
Dotis opulenta ambitio Reip. pernicio-
sa. 26
Dotis opulenta cupiditas efficit, ut
uxor imperet, & maritus seruiat.
 27
Dotis opulenta ambitio est in caussa,
ut à paterna claritate filij descen-
scant. 128
Dotibus modum leges prescribere
apud

INDEX RERVM.

apud plerosque: quæ libertati matrimonio non officiant. 27
Duratio maior arguit maiorem rei perfectionem. — 48

qua dissimiles parentibus perpetue effigies. 126
Exempla filiorum, qui ab ingenio paterno degenerarunt. 130

E

F

Ecclesiastica dignitates maximè Nobilibus debentur. 16
Ecclesiastica dignitates an, & quomodo familias illustrent. 106
Educatio omnibus in rebus generatione est difficilior. 149
Educatio Nobilitatem familia conseruat. 150
Educatio in pueritia est aptior. 150.
 152
Educatio in Nobilibus debet esse diligentior. 150
Educatio Nobilium bono Reipublica redundat. 151
Educationi magistratû præfecere Athenis & Sparta. 153
Educatio mala est causa degenerationis filiorum à parentum virtute. 129
Eleonora Arborea laudatur. 31
Episcopatus an nobilitet. 106
Equestris census Romanorum. 17
Equestris Nobilitas Romanorum. 17
Equites Romæ anulo aureo à plebe distincti. 17
Eunuchi malè audierunt. militia, sacerdotio, honoribus prohibiti. 26
Eutrapelia virtus qua ludos moderatur. 181
Eutrapelus qui ludis rectè vitur. 181
Exempla facultatis imaginatricis,

Familia eò illustrior quò antiquior. 46
Familia Regia extincta. 118
Familiarum priuatarum casus, & naufragia. 117
Feminarum laus, & splendor. 30
Famina primum monstrum in Natura. 33
Felicitatis potior pars in filiorum procreatione consistit. 24
Fidei constantia est comes. 171
Fidei descriptio. 171
Fides viro Nobili necessaria, & innata. 170
Fides iustitiæ fundamentum. 170
Filiorum splendor parentum gloria. 36
Filiorum desiderium prouenit ex amore sempiternitatis. 24
Filiorum procreatio primarius coniugij finis. 25. 26
Filiorum multitudo honorifica; Reipub. maximè utilis, honoribus affecta. 25
Filius an sit Nobilis, si auos habeat nobiles; patrem verò infamem. 23
Filius an sit Nobilis, si ante acquisitam nobilitatem sit susceptus. 38. 39
Filius ante patratum crimen susceptus an deperdat patris Nobilitatem. 133. 134.

Forma

INDEX RERVM.

Formula, quibus dabantur tituli illustris, spectabilis, clarissimi. 107
Fortitudo militaris extollitur. 59
Fortitudo in quo mortis genere eluceat. 62.63
Fortitudo inter Timorem, & Audaciam. 64
Frugalitas magnas parat diuitias. 149

G

G Alii Nobiles agrorum curam non vituperant, sed suscipiunt. 147
Generandi vim quam requirat in viro Nobili Aristoteles. 21.23.24
Gentiles homines cur, & qui hodie vocentur. 16.17
Gentilitium quid significet. 9.10
Gentilitia sacra. 10
Gentilitatis ius apud Romanos quibus deberetur. 16
Gula vitia, irritamenta, exempla. 184. 185. 186

H Eroica virtus ex genere sitate, & doctrina, quid sit. 153
Heroum filij noxa. 127
Hominem Deus, aut Angeli efformarint. 2.
Hominem qua virtutes maxime ornent. 76.77
Homines obscuro ad summas dignitates euecti. 120
Homines ex varijs metallis cur dicantur à Platone effecti, cum primum

fuerint à Deo conditi. 94
Hominum cur alij perfectius, alij minus perfecte operentur, cum aquales potentias sortiantur. 114. 115
Homo cur ultimo loco procreatus. 2
Homo cur erecta corporis statura. 4
Homo bonus difficile inuenitur. unde proveniat difficultas. 7
Homo, si in pessimos abeat mores, sit omni bestia immanior. 150
Honor virtutis premium. 11
Honor qua virtute prodeat illustrior. 76
Honori, & virtuti cur olim suere ades iunctim. 78
Honores vanales vituperantur. 78. 79.90
Honor an debeatur viro Remp. non attingenti. 82
Honos alit artes. 82
Hospitalitas liberalitatis pars. viro Nobili commendatur. 172
Hospitalitatis studium Casena. 172
Humana omnia, Vrbes, Regna, caelestia corpora, fluxa, & caduca. 118
Humana carnis esus olim expetitus. 184. 185

I

Illegitimi à parentum Nobilitate exclusi. 40
Illegitimis alimenta denegata. 40
Illegitimi an possint esse Nobilitatis primi auctores. 41
Illegitimi apud Venetos honoribus prohibiti. ibid.
Illegitimi ad sacerdotia vocantur, fideiorem

INDEX RERVM.

de commissis, & alia horrida;
 præsertim in Hispania. 41.42
 Illegitimi quot viri illustres existi-
 rint. 42
 Imaginatio humane cogitationis in
 Venereo congressu diuersas parit
 effigies. 125.126
 Imaginum ius apud Romanos in ma-
 gna estimatione. 51.52
 Imaginum iura apud eosdem ex ma-
 gistratu curuli proueniebant. *ibid.*
 Imago Dei in homine; & unde appa-
 rat. 2.3.4
 Imago Dei in homine prius Philoso-
 phis non ignota. 3
 Imago Dei in homine consistat in
 intellectu, an in voluntate. 4
 Imperatoris optimæ partes. 59
 Imperatores Græci promiscuè nobilita-
 runt. 92
 Imperatores Græci Nobiles iubebant
 quos lateri adherere permiserāt. 95
 Infames à Nobilitate deiectioni. 134
 Insignia varia Nobilitatis apud va-
 rios. 134
 Insularum mores commercio corrumpuntur. 124.125
 Intellectus, an voluntas nobilior. 75
 Interitus, & mutationis nihil huma-
 num expers. 118
 Isabella Castella Regina commendatur. 31
 Iurisprudentes Imperatoribus à consi-
 ljs. 116
 Iurisprudentia armis concedit. 67
 Iurisprudentia commendatur. 84
 Iurisprudentia vituperatur. 109.110.

III

Defenditur. 113.114
 Iurisprudentia encomiis. 116
 Ius Gentilitatis quibus competeret.
 16.17
 Ius gestandi anulos aureos quibus de-
 beretur. *ibid.*
 Iustitia legalis distincta à ceteris vir-
 tutibus, sed eadem cum prudentia
 civili, eius natura explanatur. 55
 Iustitia legalis virtutes ceteras illu-
 strat. 57

L

L Ab ore omnia vancunt. 153
 Leges Romanæ oppressæ, & resti-
 tuta. 115.116
 Leges de moderanda dote libertati
 matrimoni non officiant. 27
 Lex Poppea senes matrimonio arce-
 bat. 22
 Lex Tilia, & Cincia Advocatorum
 mercedi modum statuit. 115
 Liberalitas viri Nobilis propria. 171
 Liberalitas in quo versetur. *ibid.*
 Liberalitas tria requirit, modum, dele-
 ctum, atque tempus. 172.173
 Liberalitatem afficit Prædigus, longè
 abest Auarus. 174
 Libertini qui dicerentur tempore Ap-
 py Claudij, & Claudij Imperato-
 rum. 19.20
 Libelli amatorij eneruant Adolescenti-
 am in speciem suaves viris eno-
 ment. 155
 Libelli amatorij ab omnibus impro-
 bantur, exulant à Republ. Plato-
 nica. Quis eorum lectioni possit va-
 care. 156

Bb Lignes

INDEX RERVM.

Ligures mercaturam profitentur. 146.

147

Littera vanales vituperantur. 67

Litterarum studium moderatum desideratum. 178

Litiam victoria reportanda superstitiones antiquorum. 111. 112.

Ludi moderati, & honesti Eutrapelia virtutis actiones. honesti qui sint. 180

Lunula Nobilium Romanorum insignae. 49

Luxuria cerebro obest quàm maxime. 117

Luxuria maxime docet Nobilitatem. propterea à legibus in nobili acriter puniuntur. 167. 168

M

Macrocephali unde dicti. 152

Magistratus qui nobilitent. 69

Magistratus ex ditioribus creati. 160

Magistratus virum ostendit. 169

Magnanimi sunt Nobiles. 167

Maiores qui dicantur à Iurisconsultis. 16. 17

Maritus uxoris nobilitate non splendat. 37

Maternum genus, & nobilitatem qui sequebantur. 28

Materne originis qui essent mancipēs. 29. 30

Medicina an sit honesta, & nobiliter, attendendi sunt gentium mores. 85

Medicina vituperatur. *ibid.*

Defenditur. 86

Iurispudentia postponitur. 87

Medicorum laudes. *ibid.*

Mediocritas in actionibus difficile tenetur. 8

Etiam in studiis commendatur. 136

Mediocritas Anlico necessaria. 164. 165

Mediocritas quomodo attingatur. 8. 9

Mendacij turpitudine unica ratione ob oculos proponitur. 170. 171

Mens humana à priscis Philosophis varie appellata. 3. 4

Mensarum luxus apud Romanos. 13

Mercatores à Rep. belligerendi consilijs, & militia exclusi. 143. 144

Mercatores sordidi animi. *ibid.*

Mercatores domi suae nobiles exteris nobilibus loco debent cedere. 144

Mercatores licet ex infirmitate regulis operentur, non ideo honesta illorum ars. 145

Mercatura officit Nobilitati. 142. 143

Mercatura non derogat nobilitati, si ita obtineat mos regionis. 145. 146

Mercatura politice, & aconomice exercetur. *ibid.*

Mercatura apud diuersos bene & male audit. *ibid.*

Mercenarii, & opifices verè cives non sunt, sed serui publici. 140. 141

Merces auctoramentum seruitutis. *ibid.*

Meretricum exponendarum mos post exacta scenica Roma. 158

Miles

INDEX RERVM.

Miles Gregarius an nobilis. 61
Militia Nobilitatis effectrix. 59
Olim clarissima. 61
Qua commendatur. *ibid.*
Militia homines illustrati. 60. 61
Militia toga instrumentum. 74
*Militia viro nobili pauperi suade-
 tur.* 162
Militaria premia. 59. 60
Mimica actiones libidinum artes.
 157. 158
Modestia viro nobili necessaria. 176
Modus Amico necessarius. 165
*Morales virtutes prae intellectualibus
 commendantur.* 75. 76
*Mores diuersarum gentium ex diuer-
 sitate soli.* 124
*Mores Nobilium boni, ac prauis, & cum
 plebeis comparantur.* 165
Mors bellica pulcherrima. 63. 163
Mors publica acerbissima. 63
*Mulieres esse vitandas, onus, & in-
 commoda.* 21
Mulieres illustres. 30
*Mulieris laus quod quasuerit lanam,
 & linum.* 147
*Mulieres timidiores fecit Deus ob rei
 domestica curam.* *ibid.*
*Mulieres publico prohibita domestica
 debent curare.* 147
Multi qui dicantur. 24
Musica ut laudetur. 179
Musica cur infantes edormiscant.
ibid.
Musica cur homo perfectius delectetur.
 180
Musica quando Pythagoras uteretur.
ibid.

N
*Natalium restitutio quid signifi-
 cet apud Iurisconsultos.* 92
*Natura quod facit ut plurimum, face-
 re semper dicitur.* 122
*Natura deficit in filiorum bona pro-
 creatione.* *ibid.*
Natura nomine quid intelligatur. 2
*Natura Nobilitas omnibus est com-
 munis.* 6
Navigare dicitur qui nupserit. 22
Nauis, & mulier parant negotia. 21
Neapolitana nobilitatis splendor. 146
*Neceffitas artis non arguit splendorem
 in rebus politicis.* 73
Neceffitas quando dicenda sit felix.
 161
*Nobiles cur despiciant maiorum suo-
 rum similes.* 166
Nobiles, an plebei sint vitiosiores. 167
*Nobiles magnanimi sunt, p*j*, erga
 Deum bene affecti.* 168
*Nobiles vxorum amantiore*s*.* 168
*Nobili viro, qui sit pauper, scientia
 suadentur, Religio, Militia, Princi-
 palis famulus.* 161
*Nobili vestes sumptuosiores sunt con-
 cessa.* 182
*Nobilis inuatur beneficio restitutionis
 in integrum, si ob vestium squalo-
 rem domo non egrediatur.* 183
*Nobili viro, & improbo vir litteratus,
 & probus est preferendus.* 84
*Nobilis antiqua familia ortus an post-
 ponendus viro obscuri generis, licet
 dignitate, & titulis decoretur.* 103
*Nobilis ex seipso, an nobilis maiorum
 gloria sit preferendus.* 44. 45
 Bb 2 Nobilis

INDEX RERVVM.

O *Tium turpis amoris parens.* 177.
 - 178
Otium improbant sapientes. 177
Otium viri nobilis decent honesti ludi,
littera, Musica. 178
Operis occasio. in proluf.
Operis ordo, & contextus. ibid.
Operi finis Morali, Politico, & Iurif-
consulto non ineptus. ibid.
Origo nobilitatis ex Armis, an ex Toga
sit splendidior. 66
Pacis

INDEX RERVM.

P

PAcis artes, & gubernatio difficili-
liores & utiles quàm mili-
tia Apologo suadet. 71

Parentum meritis multa à posteris de-
bentur. 46

Parentum nimia lenitas vituperatur.
154

Parentum licentia conniventium ad
filiorum errata, vituperio dignissi-
ma. 155

Partus ventrem sequitur tribus tem-
poribus. 29

Partus non sequitur ventrem in di-
gnitatibus. 34

Pater an splendeat filij claritate. *ibid.*

Pater, filiusque eadem persona. 38. 39

Patres cur filios expetant. 24. 25

Patientia Aulicis est necessaria. 165.
166

Patria confert ad nobilitatem civium.
104

Patria saepius à civibus nobilitata.
105

Patria nobilitas, & splendor unde
oriatur. *ibid.*

Patria olim in Hispania publicis tabu-
lis renunciabant ne proditio obijce-
retur. 133

Patroni munus erga clientem. 113

Pauper à Republica, & magistratu
summonetur. 90. 159

Pauperes nisi in tumultu maximo mi-
lites apud Romanos non scribeban-
tur. *ibid.*

Pauperes viri qui fuerint, sed illustres.
161

Paupertas obscurat Nobilitatem, 159

Paupertas obest optimis ingenjjs. 160
Paupertas saepe est stimulus ad virtu-
tem. 161

Paupertati viri Nobilis remedia. *ibid.*

Pax est belli finis. 70

Pecunia voce quid veniat. 172

Pecunia belli, & Imperij nervus. 71

Pecunia vis. *ibid.*

Pecunia profusio est cauenda. 175

Philosophari in vita meridie quid sit.
162

Philosophi reprehenduntur qui docent
bonum, & non faciunt. 76. 178

Philosophi qui ad Remp. nolunt acce-
dere an nobilitentur. 82

Praxis an perinde illustris ac contem-
platio. 69

Princeps optimus magni nobilitatem
facit. 99

Princeps nobilitat quos voluerit, ut
consuevere Graeci Imperatores. *ibid.*

Potest ut persona privata, & ut
publica spectari. utroque modo ut
nobilitet. 93. 94

Principis excellentia. 43. 46

Privata viro qui procul vivat à Repub.
an debeatur ~~bonas~~. 79. 80

Privilegia Nobili concessa. 13

Prodigus melior est quàm avarus. Pro-
dest multis. 174

Prodigus saepe redit ad sanitatem. 175

Prodigiorum finis, & similitudo. 148.
149

Profusio pecunia vitanda. 175

Prudentes imbecilles filios, & stolidos
cur gignant. 125. 126

Prudentia civilis Nobilitatis causa
primaria. 54

Bb 3 Finis,

INDEX RERVM.

Finis, Actio, Difficultas, Necessitas, Utilitas. 55. 56
Prudentia militaris effectrix Nobilitatis. 59
Prudentia militaris obtemperat civili. 69
Pueritia est cultura accommodata. 152
Pueritia frigori, & labori debet assuescere. 153. 154

Q

Qualitas in quo sensu Nobilitas dicatur. 15
Quibus causis Nobilitas acquiratur. 74
Quibus causis Nobilitas deperdat. 132
Quot successiones ad perfectam Nobilitatem sint requisita. 17. 18

R

Reges ex seruis. 120
Reges Lusitani mercatura duce sibi Orientem aperuere. 146
Regia familia extincta. 118
Regum origo à insitiis. 54
Regum manum in Hispania deosculari non est exteris concessum. 96
Regna mutationibus obnoxia. 54
Regni hereditas an filio suscepto ante Regnum debeat. 38. 39
Remissiones animi studiosis maxime permessa. 181
Rerumpublicarum prima origo. 11
Respublica viris indiget ad tutelam, & ornamentum. 16
Respublica bene gerenda difficultas,

& labores. 56. 57
Respublica ad pacem potius quam bellum debet esse instituta. 71
Respublica Romana, & Lacedaemonia cur ceciderint. 72
Roma communis patria. 105
Roma floruit donec Carthago stetit. 72
Romana urbe donari fuit honorificum, sed postea fuit facta communis. 105
Romana Nobilitas repentina. 50
Romana Nobilitas etiam in plebe cum prouenit ex imaginibus. 51
Romana Nobilitatis calamitas unde venerit. 100
Romani Nobiles etiam nominibus distincti. 52
Romani in negotiatione medium tenere. 146
Rosa inter vepres, prouerbum. 123
Rota Nobilitatis. 117. 118
Rubus è vite nascitur, prouerbum. 123

S

Sacerdotium an nobilitet. 106
Sacra Gentilitia qua fuerint. 9
Scenica spectacula Adolescentiam corrumpunt: in ea viri sanctissimi inuehantur. 157. 158
Scientia nobilitant, & quomodo. 81. 82
Scriptores Nobilitatis. de iisdem iudicium. in prolus.
Seminaria erecta decreto Concilij Tridentini. 153
Senatores lato clano à ceteris distincti. 17

Senato

INDEX RERVM.

*Senatoria dignitas libertinorum filijs
denegata, & quibus concessa.* 19
Senatorum numerus apud Romanos.

49

Senes bis pueri. generanda proli inepti. 22

Servi ex Regibus. 120

Servi non sunt in iniusto bello capti.

137

Servi ab humana natura degenerant.

138

Instrumenta loquentia. *ibid.*

*In actionibus Politicis non sunt
sui iuris.* *ibid.*

*Servi non sunt quos servire indigum
est* 137

*Servitus naturalis unde primum, &
quo iure.* 11. 135

Ex aptitudine est inducta. 136

Qua congruentia asseratur. *ib.*

In statu innocentia non defuisse. *ibid.*

*Servitus e diametro Nobilitati opponi-
tur.* 135

Servitus in quot species diuisa. 136

*Servitus civilis redundat bono capti-
rum in bello.* *ibid.*

Nobilitati an opponatur. 137

Servitus mors civilis. 138

*Servitus eo turpior quo magis volun-
taria.* 141

Sfortiadum origo. 60

Speculi verus usus demonstratur. 185

*Stipendia honoraria scientiarum pro-
fessoribus debentur.* 115

*Studia litterarum, & Historiarum vi-
ro Nobili suadentur.* 178

Stulti cur robustos, & ingeniosos filios

profignant.

125

*Succesiones ad perfectam Nobilitatem
requisita.* 18

Superbia Nobilitatis malum. 166

T

T*emperamentum corporis concor-
dia causa inter maritum, &
uxorem.* 26

Temperantia custos est prudentia.
128

*Timor longius discedit à fortitudine,
quàm audacia.* 64

*Toga cum armis comparatur. Prefer-
tur.* 66

*Topica argumenta in rebus moralibus
adhibentur.* *in prolus.*

Tribunal messis aurea. 115

*Tribus Iuda inter duodecim Israël
Principes nobilissima; & egregie
factum.* 12. 13

V

V*enales honores vituperati.* 78.
79. 89

Varietas, & vicissitudo in Familijs.
120

Vestigalia cur Principi debentur. 114

Vedij Pollionis luxus, & immanitas.
184

Veneti mercatura addicti. 146

*Veneti in muneribus demandandis
maximam habent Nobilitatis ra-
tionem.* 13

Vespasiani Avaritia, & vox sordida.

143

Vestium luxus. 185

Viceco

INDEX RER VM.

<i>Vicecomitum Mediolanensium Ducum insignia.</i>	61	<i>Virtutes alia ad voluntatem, alia ad intellectum pertinent.</i>	74
<i>Vicissitudine, & mutatione fortuna degenerant filij à claritate paterna.</i>	127.	<i>Virtutes morales ad voluntatem pertinentes præ cæteris laudantur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vidua antiquitus cur festis diebus nuberent.</i>	21	<i>Virtutis nomē quid comprehendat.</i>	77
<i>Virtus procul à ciuilitate non nobilitat.</i>	74	<i>Vita lampada tradere quid sit.</i>	25
<i>Virtus apud rusticos maximè diuersatur.</i>	77.78	<i>Vitia quæ apparent in Nobilitate, deprauatoria vigent in plebe.</i>	168
<i>Virtus ad Remp. administrandam sepe euehitur.</i>	78.79	<i>Voluntaria laudantur.</i>	75.76
<i>Virtus quomodo nobilitet.</i>	79	<i>Voluntas, an intellectus sit nobilior.</i>	76
<i>Virtutem constantia comitatur.</i>	18.47	<i>Vxor diues est ingens malum.</i>	27
<i>Virtutes omnes à iustitia legali in commune bonum diriguntur.</i>	57	<i>Vxor viri nobilitatem, & conditionem quamdiu sequatur.</i>	36
		<i>Vxores viles ambitione dotis optimas familias pessundant.</i>	129



FINIS INDICIS.



